Forma uiro quam cernis erat.licet ipſe decorē
Aſpicias.fictaq; probes ab imagine ueram.
Par animꝰ formæ.nec adhuc ſpectaſſe tot ānos
Q uiſquenē poteras graia quater ederē pugna.
Ille ſuos dryades latiis in montibus ortas
Verterat in uultus.illum fontana petebant
Numina naiades:qus albula:quaſq; numici.
Q uas anienis aquæ:curſuq; breuiſſimus almo:
Nar ue tulit præceps:& opacæ farfarus undæ:
Q uæq; colūt ſcythicæ ſtagnū nemorale dianæ
Finitimoſq; lacus.ſpretis tamē omnibus unam
Ille colit nympham:quā quōdam ī colle palati
Dicitur ancipiti peperiſſe uenilia Iano.
Hæc ubi nubilibus primum maturuit annis:
Præpoſito cunctis laurenti tradita pico eſt.
Rara quidem facie.ſed rarior arte canendi:
Vnde canens dicta eſt.ſilus & ſaxa mouere
Et mulcere feras:& flumina longa morari
Ore ſuo:uolucreſq; uagas retinere ſolebat:
Q uæ dū fœminea modulatur carmina uoce:
Exierat tecto laurentis picus in agros
Indigenas fixurus apros:tergumq; premebat
Acris equi:leuaq; haſtilia bina ferebat:
Phœniceā fuluo chamydem cōpreſus ab auro.
V enerat in ſiluas & filia ſolis eaſdem:
Vtq; nouas legeret fœcundis collibus herbas:
Nomine dicta ſuo circæa reliquerat arua.
Q uæ ſimulac iuuenem uirgultis abdita uidit:
Obſtipuit:cecidere māu:quas legerat herbas:
Flāmaq; per totas uiſa eſt erare medullas
V t primum ualido mentem collegit ab æſtu:
Q uid cuperet faſſura fuit:ne poſſet adire
Curſus equi fecit:circumfuſuſq; ſatelles.
Non tamen effugies:uento rapiare licebit:
Si modo me noui.ſi non euanuit omnis
Herbarum uirtus.nec me mea carmina fallunt.
Dixit.& effigiem nullo cum corpore falſi
Finxit apri:præterq; oculos tranſcurere regis
Iuſſit:& in denſum trabibus nemus ire uideri.
Plurima qua ſilua eſt:& equo loca puia nō ſūt.
Haud mora.cōtinuo prædæ petit inſcius ūbras
Picus equiq; celer ſpumantiaq; terga reliquit.
Spemq; ſequens uanā ſilua pedes errat in alta.
Concipit illa preces:& uerba precantia dixit:
Ignotoſq; deos ignoto carmine adorat

Nec adhuc ſpectaſſe tot annos.ſignificat picū tūcq̄ mutatus fuit nondū ad.xx.annos pueriſſe. ē ā t ordo.Nec poteras edere ipſum quater quinquēnem ſpectaſſe tot annos graia pugna.hoc eſt.in paleſtra quā idcirco graiam pugnam uocat:q a græcis fuit inſtituta.Innuit aūt eum uiſum fuiſſe iuniorem q̄ erat.quod uero qdam graiam paleſtram pro bello troiano putant accipiendam mihi non probatur.

Quas albula.tybris qa colore aquæ prius albula dicebat᷑. Quaſq; numici.numicus flu.eſt laurentis agri:in quē æneam cecidiſſe ferunt. Quas anienis aquæ.anio fluuius eſt latii haud longe ab urbe ī tyberim defluens. Almo.fluuius haud longe ab urbe Roma diſtans:qui in tyberim non longe a fonte ingredit᷑. Vnde etiam a poeta breuiſſimo curſu eſſe dicit᷑.in almone aūt ſingulis qbuſq; anniſ ſexto calē.aprilis:ut refert Macrobius:cybeles ſimulacrū lauari cōſuetū erat. Nar ue tulit præceps. Nar.flu. eſt umbriæ in tyberim labens. Et opace farfarus undæ.Farfarus fluuius eſt Sabinoꝝ. Scythicæ dianæ.quæ ab Hereſte una cū iphigenia ex taurica regione Ariciam uſq; allata fuit. Stagnū nemorale. inter nemora poſitū.nam ut Strabo ſcribit: Artemiſio ideſt Dianæ & luco & tēplo lacus adiacet inſtar pelagi fluctuans:q undiq; ſiluis circūdat᷑. Venilia. uxor fuit Iani antiquiſſimi Italiæ Regis. Ancipiti iano.bicipiti atq; bifronti. Rara qdē facie.pſtās facie.oē.n.rarū pclarū eſt. Vnde canens dicta eſt. nā canens nomine proprio uocabat᷑ propter excellentem canendi peritiam. Morari. remorari. ſiſtere.

Ore ſuo.cantu ſuo. Exierat tecto.domo egreſſuſ erat. In agros laurentis.in agros laurentū.Laurentes enim populi fuerūt latii:a laurento urbe dicti.

Fixurus.confecturus.percuſſurus. Acris equi.ferocis. Phœniceam.purpureā. Ab auro.ab aureo cingulo cōphenſam & cinctam chlamydem habens. Et filia ſolis.etiam circe ſolis filia. Circæa arua.circæum montem:a circe denominatum: ī quo circei oppidū fuit:ut pauloante diximus. Abdita. abſcondita. Obſtupuit.emphaſis pulchra. hinc: enim facille colligitur: q̄ta foret pici pulchritudo/ qua ſtatim circe ita capta eſt:ut obſtupuerit. Valido ab æſtu a uehementi amore. Circūfuſuſq; ſatelles circūpoſiti miniſtri.eſt enim ſynegdoche. Licebit.pro licet q̄uis. Si modo me noui.meam potētiam. Euanuit.uana facta eſt. Præter.iuxta. Trabibus.arboribus.ex quibus trabes fiunt. Inſcius. prædam non cognoſcens eſſe falſam. Vmbras pdæ. Imaginem apri ſimulati & ficti. Spem uanā. umbram corpore carentem. Errat.uagatur. Concipit illa præceps.uota quibus a diis id quod cupiebat impetraret. Ignoto carmine.obſcuris & intellectis uerbis.

Canens
Pici
Vxor

Confundere.obſcurare. Patrio capiti.ſoli. Denſatur cælum.in nubem cogit̄ aer.ut inqt Ver. Cæcis.ignotis. Et abeſt cuſtodia regis.comites regis abſunt. Tibi.qui es mortalis. Conſule.ſuccurre: medere. Durus.crudelis. Et quæcūq; es ait.cum quodam contemptu hæc ait Picus:ac ſi diceret.etiā ſi eſſes filia Iouis nedum ſolis. Ianigenam.Iano genitam. Retēptatis.iteratis. Non impune feres.nō abibis ſine pœna. Neq; reddere canenti.neq; redibis ad canentem. Diſces rebus ait.re ipſa inqt cognoſces. Circe eſt.hæc cum maxima indignatiōe dicunt̄.perinde ac ſi diceret:circe læſa ē:quæ omnium incantamētorum & ueneficiorꝝ eſt peritiſſima.
Solito uelocius.citius q̄ ſolebat.iā enim in auē fuerat conuerſus. Accedere.adiungi. Duro.fera robora roſtro.hypallage eſt dura namq; robora fero percuti roſtro intelligimus. Figit.percutit. Fibula ꝙ fuerat.fibula aurea.Momorderat.depilauerat. nam fibulæ ueſtes mordere uident̄:cum eas pilis priuent.Significat aūt pici aureum baltheū ī torquē fuluū:quo collū pici auis cingit̄:fuiſſe conuerſum.
Nec quicq̄ antiquū pico niſi nomine reſtat.picus maritus idcirco hæc auis cognominat̄:ꝙ marti ſit conſecratus.a pico autem picenum deducit̄.Italiæ regio:quæ uulgo nunc Marchia anconitana uocat̄ ꝙ ſabini tum aſculum:cōtenderent in eorꝝ uexillo picus conſedit. Interea comites.pici comites cum uim circe afferre pararent:in uarias feras conuerſi fuere: Tenuauerat.tenues ac ſubtiles reddiderat. eſt aūt parentheſis qua narratio ueriſimilis efficit̄.
Criminibus ueris.uera criminatione. Vimq; ferunt.uiolentiam circe afferre uolunt. Inceſſere.inuadere. Noctis deos.hecaten.plutonē & reliquos inferni deos. Ereboq; chaoq;.hoc eſt.ab erebo uſq; & chao incipiens circe:ſiue ab inferis deos noctiſ inuocat. Eſt enim erebus obſcuriſſimus inferni locus.unde ortam eſſe noctem Varro ſcribit. Chaus autem quod chaos in primo appellauit poeta:fuit quædam rerꝝ omnium confuſio:ex qua dii quoq; nati eſſe ferunt̄.Ad illud autem Ouidius alludere uidet̄:ꝙ Pronapides poeta græcus ſcriptum reliqt Chaum Demogorgonis primi deorꝝ omniū uxorem fuiſſe:ex qua Erebum terramq; ſuſcepit. unde nox miſeria.egeſtas.fama.tartarus.cloto.lacheſis. atropos.pluton.multaq; alia nata eſſe finguntur.
Edere.emittere. Tenues animæ.ſine corpore.

Pici ſocii in feras.

Quo ſolet & niueæ uultum cōfundere lunæ:
Et patrio capiti bibulas ſubtexere nubes.
Tunc quoq; cātato denſatur carmine cælum:
Et nebulas exhalat humus:cæciſq; uagantur
Limitibus comites:& abeſt cuſtodia regis.
Nacta locum tempuſq;.per o tua lumina dixit:
Quæ mea ceperūt:perq; hāc pulcherrime formā
Quæ facit:ut ſupplex tibi ſim dea:conſule nr̄is
Ignibus:& ſocerū:qui prauidet omnia:ſolem
Accipe:nec durus titanida deſpice circen.
Dixerat.ille ferox ipſamq; preceſq; reliquit:
Et q̄cunq; es ait:non ſum tuus.altera captum
Me tenet: & teneat per lōgum cōprecor æuū.
Nec uenere externa ſocialia fœdera lædam
Dum mihi ianigenam ſeruabunt fata canentem
Sæpe retemptatis precibus titania fruſtra:
Non impune feres:neq; ait reddere canenti.
Læſaq; qd faciat.quid amās:quid fœia:diſces
Rebus ait.ſed amans & læſa & fœmina circe ē:
Tum bis ad occaſum.bis ſe cōuertit ad ortum
Ter iuuenem baculo tetigit:tria carmina dixit.
Ille fugit.ſed ſe ſolito uelocius ipſe
Currere miratus:pennas in corpore uidit
Seq; nouam ſubito latis accedere ſiluis
Indignatus auem duro fera robora roſtro
Figit:& iratus longis dat uulnera ramis:
Purpureum chlamydis pēnæ traxere colorem
Fibula quod fuerat ueſteq; momorderat aurū
Pluma fit & fuluo ceruix præcingitur auro.
Ne quicq̄ antiquum pico:niſi noīa reſtat.
Interea comites clamato ſæpe per agros
Ne quicq̄ pico:nullaq; in parte reperto:
Inueniunt circen.nam iam tenuauerat auras:
Paſſaq; erat nebulas uentis ac ſole reſolui.
Criminibuſq; premūt ueris:regēq; repoſcunt.
Vimque ferūt:ſæuiſque parāt inceſſere tellis
Illa nocens ſpargit uirus ſuccoſque ueneni
Et noctē noctiſq; deos hereboque chaoque
Cōuocat:& longis hecātē ululatibus orat.
Exiliere loco:dictu mirabile:ſiluæ:
Ingemuitque ſolū:uicinaque palluit arbor:
Sparſaque ſanguineis rubuerūt pabula guttis:
Et lapides uiſu mugitus edere raucos:
Et latrare canes: & humus ſerpentibus atris
Squallere:& tenues animæ uolitare uidentur.

Attonitum monſtris uulgus pauet. illa pauētū
Ora uenenata tetigit mirancia uirga:
Cuius ab attactu uariarum monſtra ferarum
In iuuenes ueniunt. nulli ſua manſit imago.
Presſerat occiduus tarteſia littora phœbus:
Et fruſtra coniunx oculis animoq; canentis
Expectatus erat. famuli populuſq; per omnes
Diſcurrunt ſiluas: atq; obuia lumina portant.
Nec ſatis eſt nymphæ flere & lacerare capillos:
Et dare plangorē. facit hæc tamen omnia ſeq;
Proripit: ac latos errat uæſana per agros.
Sex illam noctes totidem redeuntia ſolis
Lumina uiderunt inopem ſomniq; cibiq;
Per iuga. per ualles: qua ſors ducebat: euntem.
Vltimus aſpexit feſſam luctuq; uiaq;
Tibris: & ingelida ponentem corpora ripa.
Illic cum lachrymis ipſos modulata dolores
Verba ſono tenui mœrens fundebat: ut olim
Carmina iā moriens canit exequialia cygnus.
Luctibus extremū tenues liquefacta medullas
Tabuit: inq; leues paulatim euanuit auras.
Fama tamen ſignata loco eſt: quē rite canētem
Nomine de nymphæ ueteres dixere coloni.
Talia multa mihi longum narrata per annum
Viſaq; ſunt. reſides & deſuetudine tardi
Rurſus inire fretū. rurſus dare uela iubemur.
Ancipiteſq; uias & iter titania uaſtum
Dixerat: & ſæui reſtare pericula ponti.
Pertimui fateor: nactuſq; hoc littus adhæſi.
Finierat macareus. urnaq; æneia nutrix
Cōdita marmoreo tumulo breue carmē hēbat
Hic me caietam notæ pietatis alumnus
Ereptam argolico: quo debuit igne: cremauit.
Soluitur herboſo religatus ab aggere funis:
Et procul inſidias infamataq; relinquunt
Tecta deæ: lucoſq; petunt: ubi nubilus umbra
In mare cum fulua prorumpit tibris harena:
Fauniginæq; domo potitur: nataq; latini.
Non ſine marte tn̄. bellum cum gente feroci
Suſcipitur: pactaq; furit pro coniuge turnus.
Cōcurrit latio tyrrhenia tota: diuq;
Ardua ſollicitis uictoria quæritur armis.
Auget uterq; ſuas externo robore uires.
Et multi rutulos: multi troiana tuentur
Caſtra. neq; æneas euādri ad mœnia fruſtra.

Vulgus comites pici. Mirantia. ſtupentia. Mōſtra. monſtroſæ figuræ. In iuuenes ueniūt. nā illi i uarias feras fuerūt conuerſi. Presſerat occidu⁹. canens uxor pici cū uirū nuſq̄ inueniret: ita ſe lachrymis tradidit: ut paulatim iuxta tyberim in auras fuerit reſoluta. locus aūt ille canēs a canētis nymphæ nomine fuit appellatus. Tarteſia littora. occidētalia. nam tarteſus urbs eſt ulterioris hiſpaniæ. Lumina. funalia faces. Seq; proripit. e domo. Et dare plangorem. & edere eiulatū. Veſana. inſana ac furens. Inopem. expertem. carentem. Carmina exequialia. exequiis conuenientia. cygnus aūt morti uicin⁹ ſuauiſſime canere memorat̄: Tabuit. paulatim aſumpta eſt. Euanuit. reſoluta ē. Rite. merito & recte ob memoriam illius nymphæ: quæ mariti deſiderio illic uitam cum morte commutarat.

Canēs i loci nomen

Per longū annū. quo apud circen fuimus. Reſides. deſides ac pigri. facti aūt ſubaudiat̄. Inire. intrare. Dare uela. nauigare. Sæui ponti. furētis & ī tēpeſtatē cōcitati maris. Aeneia nutrix: caieta æneæ nutrix q̄ mortua ac ſepulta & portui & urbi nomē ddit. Breue carmē. epitaphiū dicit. Alūnus. æneas a me alitus atq; educat⁹. Argolico igne. quo a græcis Ilium fuit incenſum. Funis religatus. quo naues religatæ tenent̄. huiuſmodi aūt funis ora uocatur. Infamatæ deæ. infamia laborātis circes. Prorumpit. cū impetu ingredit̄. Faunigenæq; domo. Latini fauni filii. Hæc aūt idcirco narrat poetas ut ſociorum diomedis in aues cygnis ſimiles metamorph ſin cum ſuperiore aptius connectat. Cū gēte feroci. Rutulo℞ ut ex carmine quoq; Vergiliano ē notū concurrit latio tyrrhenia tota. thuſciæ populi contra latinos bellum pro troianis ſuſcipiū. Externo robore. externis militibus. Neq; Aeneas euandri ad mœnia fruſtra. nam euander in troianorum auxiliū & pallantem filiū miſit: & ut a thuſcis imploraret: anxiliū: hortatus eſt: ut Verg. quoq; canit.

Ad uenulus fruſtra. uenulus a thurno a diomedē qui in apulia urbem ædificauerat: miſſus orator: nihil auxilii ab eo impetrauit: quod diceret cum alia quædam tum troianos nimium diis eſſe gratos.

Profugi diomedis. ꝓcul a patria ab uxoris tur

Diomedis ſocii in aues

pitudinem fugati. nam diomedes bello troiano in
patriam reuerſus ægialen uxorem comperit cylle-
boro ſtheneli filio adhæſiſſe: a qua cum receptus
nõ foret: aufugiens peruenit in apuliam ubi a Dau
no cum parte regni filia accepta urbem nomine ar
gyrippam ædificauit. Sub iapyge dauno daunus
rex fuit apuliæ: a quo daunia fuit appellata. Iapyx
autem a iapygia declinatur: quæ eadem ẽ cum apu-
lia: a Iapyge Dedali filio cognominata. Sane iapyx
urbis quoq; nomen eſt: quæ nunc Barium dicitur.
Eſt etiam iapyx uentus apuliæ peculiaris. Aetoli
us heros diomedes Tydei ætoliæ regis filius. Ex
cuſat. in excuſitionem adducit. Commenta. ficta.
Perpetiar. ſuſtinebo. Memorare. narrare. Illos.
urbs troia: q̃ & Ilion dicitur. Naryciuſq; heros.
aiax oilei filius: qui fuit narycius. naryx enim quæ
& narycium & naryce dicitur: urbs fuit locridis Vn
de narycis declinatur. aiax autem oilei filius Caſan
dram priami filiam: cum in templo palladis ſtupraſ
ſet: non in ſe ſolum: ſed in omnes græcos iram nu-
minis concitauit. nam in patriam nauigantes: & ip
ſe fulmine percuſſus orta maxima tempeſtate: &
alii per maria fuere diſiecti. A uirgine. pallade:
quæ perpetuam ſeruauit uirginitatem. Virgine
rapta. Caſandra ſtuprata. Digeſſit. diſſipauit
dimiſit. Spargimur. diſſipamur. diſpergimur.
Cumuluimq; capharea cladis. Caphareus pro-
montorium eſt euboeæ in Helleſpontum ſpectans
ad cuius radices ira Mineruæ: ac fraude Naupli pa
lamedis patris: græcorum claſſis maximum fecit
naufragium. Priamo quoq; flenda uideri. nimia
eſt calamitas: quæ hoſtibus quoq; flenda uidetur.
Antiquo de uulnere. nam in bello troiano dio-
medes cum ænea congreſſus: cum ſibi eum auxilio
ueneris eripi uideret: in ipſam deam ſagittas conie
cit. qua re dea irata a diomede uxoris animum ſic
abalienauit ut illum ab excidio troiano reuerſum
in ædes accipere noluerit. Memores pœnas. quas
in memoria habebat. Importunuſ caphareus. ſine
portu. pernicioſus. Deficiũt me dereſinquere uo-
lunt. At agmon feruidus. agmon cũ uenerem cõ
temneret: in auem cygno ſimilem una cũ qbuſdam
e ſociis fuit cõmutatus. Feruidus ingenio. feroci i
genio preditus. Et aſper. etiam indignatus. Re-
cuſet ferre. nolit pati. Eſt locus in uoto. uotis & p̃-
cib9 locus relinquit̃. tũc enim homines ad p̃ces cõ-
fugiũt. Cũ peiora timent. Sors aũt ubi peſſima re-
rũ eſt. ubi peſſimus eſt rerũ ſtatus. Sub pedibus ti
mor eſt. nihil timet̃. Secura. ſine timore. Sub dio-
mede exiſtentes ſubaudiamus. Semper nimus. cõ
temnimus. Magna potẽtia. ueneris. Stat magno.
conſtat. nam patriã propter ipſam amiſimus. Pleu
ronius agmon. pleuron urbs eſt ætoliæ. unde pleu
ronius deriuat̃. Reſuſcitat. iterũ excitat. Numeri
maioris amici. plures amici. Tenuata. tenuis &
exigua facta.

At uenulus fruſtra profugi diomedis ad urbẽ
Venerat. illa quidẽ ſub iapyge maxima dauno
Mœnia condiderat: dotaliaq; arua tenebat.
Sed uenulus turni poſtq̃ mandata peregit:
Auxiliumq; petit: uires ætolius heros
Excuſat. nec ſe aut ſoceri cõmittere pugnæ
Velle ſui populos: aut quos e gente ſuorum
Armet: habet̃ ullos. ne ue hæc cõmẽta putetis:
Admonitu q̃q̃ luctus renouentur amari:
Perpetiar mẽorare tamẽ. poſtq̃ alta cremata ẽ
Ilios: & danaas pauerunt pergama flammas:
Naryciuſq; heros a uirgine uirgine rapta:
Quã meruit pœnã ſolus: digeſſit in omnes:
Spargimur: & uentiſ inimica per æquora rapti
Fulmina. noctem. imbres. iram cæliq; mariſq;
Perpetimur danai: cumulũq; capharea cladis.
Ne ue morer referens triſtes ex ordine caſus:
Græcia tũ potuit priamo quoq; flenda uideri:
Me tamen armiferæ ſeruatum cura mineruæ
Fluctibus eripuit. patriis ſed rurſus ab agris
Pellor: & antiquo memores de uulnere penas
Exigit alma uenus: tantoſq; per alta labores
Aequora ſuſtinui. tantos terreſtribus armis:
Vt mihi felices ſint illi ſæpe uocati:
Quos cõmunis hyems ĩportunuſq; caphare9
Merſit aquis. uellemq; horum pars una fuiſſe.
Vltima iam paſſi comites belloq; fretoq;
Deficiunt: finemq; rogant erroris. at agmon
Feruidus ingenio. tum uero & cladibus aſper
Quid ſupereſt qd' iam patiẽtia noſtra recuſet
Ferre uiri dixit: quid habet cytherea: qd ultra
Velle puta: faciat: nam dum peiora timentur:
Eſt locus in uoto. ſors ãt ubi peſſima rerũ eſt.
Sub pedibus timor eſt: ſecuraq; ſũma malorũ:
Audiat ipſa licet: & quod facit: oderit omnis
Sub diomede uiros: odium tamẽ illius omnes
Sperniius: & magno ſtat magna potẽtia nobiſ.
Talibus iratam uenerem pleuronius agmon
Inſtimulat uerbis: ſtimuliſq; reſuſcitat iram
Dicta placent paucis. numeri maioris amici
Agmona corripimus: cui reſpõdere uolenti.
Vox pariter uociſq; uia eſt tenuata: comæq;
In plumas abeunt. plumis quoq; colla tegunt̃:
Pectoraq; & tergum. maiores brachia pennas
Accipiunt: cubitiq; leues tenuant̃ in alas.

Magna pedis digitos pars occupat :oraq; cor
Indurata rigẽt:finemq; in acumine ponũt. ( nu
Hunc lycus. hũc idas: & cũ pethẽore nycteus.
Hunc miratur abas. & dum mirantur eandem
Accipiũt faciem : numeruſq; exagmine maior
Subuolat: & remos plauſis circũuolat alis.
Si uolucurm quæſit dubiarum forma reqris
Vt non cygnorum: ſic albis proxima cygnis.
Vix equidem has ſedes & iapigis arida dauni
Arua gener teneo minima cũ parte meorum.
Hactenus oenides uenulus calydonia regna
Puteoloſq; ſinus meſſapiaq; arua reliquit:
In quibus antra uides: quæ multa nubila ſilua
Et leuibus guttis manãtia ſemicaper pan
Nũc tenet. at quondã tẽuerũt tẽpore nymphæ
Apulus has illa paſtor rehione fugatas
Terruit: & primo ſubita formidine mouit.
Mox ubi mens rediit: & contẽpſere ſequẽtem:
Ad numerum motis pedibus duxere choreas.
Improbat has paſtor: ſaltuq; imitatus agreſti
Addidit obſcœnis conuicia ruſtica dictis.
Nec prius obticuit: q̃ guttura condidit arbor.
Arbor eni eſt: ſuccoq; licet cognoſcere mores
Quippe notam linguæ baccis oleaſter amaris
Exhibet. aſperitas uerborum ceſſit in illas.
Hinc ubi legati rediere negata ferentes
Arma ætola ſibi: rutuli ſine uiribus illis
Bella infauſta gerũt: multũq; ab utraq; cruoris
Parte datur. fert ecce auidas in pinea Turnus
Tecta faces, igneſq; timent: qbus unda pepcit.
Iamq; picem & cæras alimentaq; cætera flãmæ
Mulciber urebat: perq; altum ad carbaſa malũ
Ibat. & incuruæ fumabant tranſtra carinæ:
Cum memor has pinus idæo uertice cæſas
Sancta deum genitrix tinnitibus æthera pulſi
Aeris. & inflati compleuit murmure buxi.
Perq; leues domitis inuecta leonibus auras:
Irrita ſacrilega iactas incendia dextra
Turne ait. eripiam. nec me patiente cremabit
Ignis edax nemorum partes & mẽbra meorũ.
Intonuit dicente dea. tonitruq; ſecuti
Cum ſaliẽte graues ceciderunt grãdie nimbi.
Aeraq; & tumidum ſubitis concurſibus æquor
Aſtrei turbant: & eunt in prœlia fratres.

Magna pedis digitos pars occupat. hypallage ẽ. magnam enim pedis partem a digitis fuiſſe occupatam intelligimus. Cornu. roſtro. Finemq; in acumine ponunt. acutum habent roſtrum. Ex agmine. multitudine comitũ. Huiuſmodi autẽ aues Diomedeæ a nomine ducis fuerunt appellatæ.

Plauſis alis. cum quodam ſtrepitu motis. Dubiarum uolucrum. auium de quibus dibitat̃: an cygni ſint: an aliæ a cygnis. Proxima ſimillima. nã Diomedeæ aues oloribus ſũt ſimiles. Hactenus oenides. diomedes oenei nepos. Venulus, calydonia regna. diomedis calydonii. Nam calydon urbs eſt ætoliæ. Puteoloſq; ſinus. puteoli urbs eſt Apuliæ a multitudine puteorum dicta. Meſſapia arua. apulia a meſſapo duce cognominata. In quibus antra uides. paſtoris cuiuſdam apuli in oleaſtrum metamorphoſin poeta exponit. Nubila. obſcura. ẽ enĩ hoc loco oppoſitum. Manantia. ſtilantia. Semicap pan. pan deus eſt paſtorum: q a parte poſteriori capro ſimilis pingebat̃. Mouit. commouit ad fugiẽdum. Ad numerum. ad rythmum & geſtus rationem. Duxere choreas. tripudiarũt. Improbat. uituperat. Condidit. abſcondit. Succo. ex ſucco qui ẽ amarus & aſper. Notam. ſignum. Oleaſter. oliua eſt ſilueſtris. Ceſſit. tranſiuit. Rutuli. populi fuerunt: quibus imperauit Turnus. Hæc autẽ narrantur: ut commodius nauium æneæ tranſmutationem in nymphas inſerere poſſit poeta. nam cum Turnus Rutulorum rex ignem immiſiſſet in claſſem troianorum: mater deum eas naues: quæ i Ida monte ſibi dicato fabricatæ fuerant: comburi non eſt paſſa. Verum in nymphas eas marinas commutauit. In pinea tecta. periphraſis eſt nauiũ: quæ ex pineis tabulis conficiuntur. Mulciber. uulcanus. ignis. Inflati buxi. Tibiæ quæ ex buxo conficitur.

Paſtor i oleaſtrum

Domitis leonibus. currus enim cybeles: ut in ſuperioribus ſcripſimus: a leonibus trahitur. Irrita. uana. Sacrilega dextra. hypallage eſt. ipſe enim ſacrilegus intelligitur. Aſtrei turbant. aſtrei uẽti auroræ & Aſtrei gigantis filii.

Aeneæ naues i nymphas.

Stupea retinacula periphraſis eſt orarũ: id eſt funi
um:qbus naues ad terram religanť. Robore mol/
lito.duricie ligni molli facta. In cor pora.i carnes.
Carina ſubdita.Lignũ ſub poſitũ.nam carina pro
prie lignũ eſt illud quo fundũ nauis in duas diſtin
gui partes uideť. Lina.funes ex lino cõfecti. Cæ
rulus color.niger. Duriſq; in montibus ortæ mol
le fretũ.anchiteton elegans:quo maxime ſenſus ex
ornať.durũ nãq; opponitur molli. Nec eas ſua tã/
git origo.hoc eſt nihil mouenť cupiditate ſuæ ori/
ginis uidendæ.Nihil curant redire in montes: ubi
ſũnt ortæ. Naryciæ ratis.Sic qdem legiť:ut intelli/
gatur nauis Aiacis oilei q fuit narycius. Mihi uero
magis Neritiæ uideť legendũ:ut de ulyſſis naufra
gio ſentire poetam intelligamus.Neritus eni mõs
eſt Ithacæ patriæ ulyſſis.unde neritius declinať.
Puppes alcinoi alcinous ulyſſem:quem naufragũ
hoſpitio ſuſceperat inſtructa naue in Ithacam uehẽ
dum curauit:ſed nauis ipſa in ſcopulũ qui eſt poſt
phalacriũ corcyre promontoriũ:ſimili ſpecie tranſfi

Nauis i ſcopulũ

gurata fuiſſe a neptuno in.xiii.odyſſeæ ab homero
narrať. Animata claſſe:tranſmutata claſſe in nym/
phas animam habentes. Quod deoꝝ eſt inſtar.
ad ſimilitudinẽ.nam animi ut dii ſunt immortales.
hæc aũt a poeta narrantur:ut aptius ardeæ.urbis in
auem metamorphoſin ſubiũgat.nam Ardea patria
fuit Turni:quã uictores troiani cũ incenderẽt:forte
auis ex incendio nunq̃ antea uiſa euolauit: quæ a
nomine urbis ardea fuit appellata. Soceri.latini re

Ardea i auem

gis. Viciſſe.uictoriam:uerbũ pro nomine poſitũ ẽ.
Sic perſius.Scire tuũ nihil eſt. Deponẽdi pudore.
bella ſubaudiamus.utrũq; enim pudebat depone/
re bellũ. Turnuſq; cadit.ab ænea interfectus. Bar
barus enſis.troianus. Abſtulit.ſuſtulit.deleuit.
Patuerũt diſſoluta fuerũt. Cõgerie e media.e me/
dio rogo. Præpes.auis.nam præpetes aues maio/
res dicunť:quæ uolatu ſuo dant auguriũ. Plauſis
alis.concuſſis. Et ſonus.& uox tenuis & exilis.eſt
aũt polyſyndeton. Deplangiť.percutiť. Suis pen
nis.ſuis alis. Iamq; deos omnes.æneas cõ ad ulti

Aeneas i deum

mum ætatis ſuæ tempus ueniſſet: ꝓcibus ueneris
omniũ deoꝝ conſenſu in deũ:quem latini indige/
tem appellarũt:fuit trãſmutatus. Ipſamq; iunonẽ.
quæ ſemper ei fuerat aduerſata. Coercuit.coegit.
Creſcentis Iuli.Iulius æneæ fuit filius:qui patri in
regno latino ſucceſſit. Colloq; parentis circũfuſa
ſui.hoc eſt collum Iouis patris ſui complexa. Quã
uiſ paruũ.q̃tum uis paruum. In amabile regnum.
inferorum regnum.

E quibus alma parens unius uiribus uſa
Stupea perrupit phrygiæ retinacula puppis:
Fertq; rates ꝓnas:medioq; ſub æquore mergit
Robore mollito:lignoq; in corpora uerſo:
In capitum facies puppes mutantur aduncæ:
Indigitos abeunt & crura natantia remi.
Quodq; ſinus fuerat:latus eſt:mediiſq; carina
Subdita nauigiis:ſpinæ mutatur in uſum.
Lina comæ molles.antemnæ brachia fiunt.
Cærulus ut fuerat color ẽ: quaſq; ante timebãt
Illas uirgineis exercent luſibus undas
Naiades æquoreæ:duriſq; in montibus ortæ
Molle fretum celebrãt.nec eas ſua tãgit origo
Non tamen oblitæ q̃ multa pericula ſæpe
Pertulerint pelago:iactatis ſæpe carinis
Suppoſueř manus:niſi ſi qua uehebat achiuos
Cladis adhuc phrygiæ memorꝭ odeř pelaſgos
Neritiæq; ratis uiderunt fragmina lætis
Vultibus: & lætis uidere rigeſcere puppes
Vultibus alcinoi:ſaxumq; increſcere ligno.
Spes erat:in nymphas animata claſſe marinas
Poſſe metu monſtri rutulum deſiſtere bello.
Perſtat:habetq; deos ꝑs utraq;:quodq; deoꝝ ẽ
Inſtar:habent animos ,nec iam dotalia regna.
Nec ſceptum ſoceri.nec te lauinia uirgo:
Sed uiciſſe petunt:deponendiq; pudore
Bella gerunt.tandemq; uenus uictricia nati
Arma uidet: turnuſq; cadit.cadit ardea turno
Soſpite dicta potens:quã poſtq̃ barbarus enſis
Abſtulit: & tepida patuerunt tecta fauilla:
Congerie e media tum primum cognita ꝑpes
Subuolat: & cineres plauſis euerberat alis:
Et ſonus: & macies: & pallor: & omnia captam
Quæ deceant urbem:nomẽ quoq; mãſit i illa
Vrbis: & ipſa ſuis deplangitur ardea pennis.
Iamq; deos omnes ipſamq; æneia uirtus
Iunonem ueteres finire coercuit iras:
Cum bene fundatis opibus creſcẽtis iuli
Tempeſtiuus erat cælo cytheræius heros:
Ambieratq; uenus ſuperos:colloq; parentis
Circũfuſa ſui.nunq̃ mihi dixerat ullo
Tempore dure pater:nũc ſis mitiſſimus opto:
Aeneæq; meo:qui te de ſanguine noſtro
Fecit auum:q̃uis paruum des optime numen.

Immotos tenuit. Significat iunonem quoq; annuiſſe Ioui: ut æneas in deoꝝ numerũ admitteret: q enim annuit caput mouet. Tũ pater. Iupiter. Is. æneas. Grates agit. gratias agit. in ſoluta dicimus oratione. Iũctis columbis. currus ueneris a columbis trahi fingitur. Numicius undis. numicius fluuius & latii: qui & numicius dicit: in quẽ cũ cecidiſſet æneas: neq; inuentus eſſet creditus eſt in deũ īdigegem fuiſſe cõmutatus. Serpit. lente labitur. Quæcũq; obnoxia morti. quæcũq; mori ſubiecta. Corniger fluuius: oẽs eni fluuii cũ cornibus

Dũmodo des aliquod, ſatis eſt īamabile regnũ
Aſpexiſſe ſemel. ſtygios ſemel iſſe per amnes.
Aſſenſere dei: nec coniunx regia uultus
Immotos tenuit: placatoq; annuit ore.
Tum pater. eſt is ait cæleſti numine dignus:
Quæq; petis, ꝓquo q; petis. cape nata qđ optas
Fatus erat. gaudet: grateſq; agit illa parenti:
Perq; leues auras iunctis inuecta columbis
Littus adit laurens: ubi tectus arundine ſerpit
In freta flumineis uicina numicius undis.
Hunc iubet æneæ quæcunq; obnoxia morti
Abluere: & tacito deferre ſub æquora curſu.
Corniger exequitur ueneris mandata: ſuiſq;
Quicquid in ænea fuerat mortale repurgat:
Et reſperſit aquis. pars optima reſtitit illi.
Luſtratum genitrix diuino corpus odore
Vnxit: & ambroſia cum dulci nectare mixta
Contigit os: fecitq; deum: quem turba quirini
Nuncupat indigetem: temploq; ariſq; recepit.
Inde ſub aſcanii ditione binominis alba
Reſq; latina fuit: ſucceſſit ſiluius illi:
Quo ſatus antiquo tenuit repetita latinus
Nomina cum ſceptro. clarus ſubit ecce latino
Epitus ex illo, poſt hunc capituſq; capiſq;.
Sed capis ante fuit. regnum tiberinus ab illis
Cepit: & in tuſci demerſus fluminis undis
Nomina fecit aquæ: de quo remuluſq; feroſq;
Acrota ſunt geniti remulus maturior annis
Fulmineo periit imitator fulminis ictu.
Fratre ſuo ſceptrum moderatior acrota forti
Tradit auentino: qui quo regnarat eodem
Monte iacet poſitus: tribuitq; uocabula monti
Iamq; palatinus ſummæ loca gentis habebat.
Rege ſub hoc pomona fuit: qua nulla latinas
Inter amadryadas coluit ſollertius hortos.
Nec fuit arborei ſtudioſior altera fœtus:

pigebãt. Reſtitit illi. remãſit illi æneæ. aia nãq; immortalis æternitati fuit cõſecrata. Luſtratũ purgatũ. Ambroſia imortalitas interꝑtatur. herba aũt eſſe fingit: qua dii ueſcunt. Cũ dulci nectare. ut ambroſia pro deoꝝ cibo ponit: ita nector pro corũdẽ ſuauiſſima: accipit potione. Cõtigit. tetigit. Turba qrini. Populus romanus. Nũcupat indigetem. dii indigetes: quos græci heroas uocant ex mortali & deo nati putabant. unde & Aeneam latini deũ Indigetem appellarũt. unde indigetare antiq dicebãt pro eo quod ẽ inuocare. Macrobius. Nãq; uirgines ueſtales ita īdigetãt. Apollo medice. apollo pæan. Nũcupat. nũcupauit. appellauit. Inde ſub aſcanii binominis. aſcanius q & iulus fuit appellatus æneæ in regno ſucceſſit. Cui Siluius: ſic dictus: ꝙ in ſiluis ſit natus. cui latinus. cui epitus. cui capis cui capetus. cui Tiberinus: q in albula ſumerſus: nomẽ fluuio dedit. cui remulus. cui acrota: cui auẽtinus. q colli nomẽ dedit: ibi ſepultus. Cui palatinus ſub quo rege pomona hortoꝝ dea Vertũno deo: q ſe i uarias uertebat figuras: omnibus aliis ſpretis tãdem nupſit. Varias ãt uertũni metamorphoſis poeta deſcribit Sub ditione. ſub imperio. Aſcani binominis. duo nomina habentis. nã & aſcanius & Iulius a prima lanugine: quæ ιουλοσ græce dicit: fuit cognominatus. Alba reſq; latina fuit. albã urbẽ: q ab ſitu longa fuit denomiata ab aſcanio æneæ filio fuiſſe ædificatam: & ab alba ſue illic trigita porcellos enixa nominatã etiam pueri ſciunt. Duæ ſane fuerũt albæ. altera ad fucinũ lacũ. unde albenſes declinat. altera romæ uicina. unde albani. Res latina. imperiũ latinũ. Ab illis. poſt illos. Thuſci fluminis. perhiphraſis eſt albulæ: ꝓ poſtea tiberis a tiberino Rege in illo ſubmerſo fuit appellatus. Maturior annis. maior natu. Imitator fulminis. cum enim uellet uideri fulmina iaculari: a Ioue fulmine uero ꝑcuſſus eſt. Sceptrũ. imperiũ. Poſitus. ſepultus. Tributq; uocabula monti. auẽtinus cui unus ex collibus Rome urbis ab auentino Rege: illic ſepulto fuit cognominatus. q̃q̃ Varro. alias quoq; huius nois origines tradat. Summæ gentis. præſtantiſſimæ. Pomona. dea fuit pomorum. Latinas inter amadryadas. nymphas. amadryades nãq; dicũtur nymphæ: quæ una cum arboribus & oriuntur & occidunt. Vnde etiam nomen ſumpſerũt. αμα nãq; ſimul. δρυσ δρυοσ dicitur quercus. Sollertius. diligentius.

Ambroſia
Nectar
Dij indigetes
Indigetare
Albani reges
Albę due
Albenſes
Albani
Pomõa
Auentinus

Vnde tenet nomen.Pomona enim a pomis nomen eſt conſecuta.poma uero dicunt̃ omnes fructus quicũq; ex arboribus nati eſui ſint apti:ſiue molli:ſiue duriore cortice tecti:q̃uis Macrobius atq; Seruius poma a nucibus diſtinguentes ſcribant nuces generaliter uocari:quæ duriore cortice tegãt̃.poma uero quæ molliore. Sed pomum generale nomen eſt omnium fructuũ quicũque ex arboribus naſcuntur:cũ ex aliorum ſcriptorum.tũ ex Ouidii uerbis aperte colligi poteſt. Non ſiluas illa.pomon.. inquit non amat ſiluas ut uenet̃:non amnes ut piſcatum eat. Felicia poma.dulcia:non amara & aſpera. Nec iaculo grauis eſt:nec dextra pomonæ iaculum geſtat:ſed falcẽ q̃ luxuriantes ramos recidat. Luxuriem.luxuriãter ramos. Premit.recidit. Brachia.ramos. Cõpeſcit.cohibet. Lignũ.ſurculum alterius arboris. Alieno alumno.ſurculo ex alia arbore in aliam tranſlato. Fibras.tenuiores ſuptilioreſq; radices. Vim agreſtum.uiolentiã ruſticorum. Pomaria.loca arboribus frugiferis cõſita dicunt̃:atq; pomorum repoſitoria. Satyri.dii ſũt ſilueſtres magnope ſaltu gaudẽtes. Panes.dii ſũt paſtorum cornuti. Silenuſq; ſuis.ſilenus bacchi fuit nutricius uoluptati maxime deditus. Satyri aũt ſenes:ut ſcribit pauſanias:ſileni uocant̃. Quiq; deus.periphraſis eſt priapi. Hos quoq; uertũnus. uertũnus deus eſt bene uertendarum rerũ.hoc eſt. uendendarum atq; emendarũ:a uertẽdo dictus: q; ſe in uarias uerteret formas ut ipſe de ſe apud propertium narrat.Opportuna mea eſt cunctis natura figuris. In q̃cũq; uoles uerte decorus ero.Inde uertũnalia dicta ſunt:quæ menſe octobri in honorem uertũni celebrabant̃:ut auctor eſt Varro. Vertumnus autem Romæ Inuico thurario ſacellũ habuit:ut Pedianus porphyrioq; ſcribunt. Neq; erat felicior illis.nam eũ quoq; pomona aſpernabat̃.

Vertũnus in uarias figuras.

Duri meſſoris.ac laborum patientis.meſſor autẽ eſt qui frumenta metit ac ſecat. Deſectũ gramen.periphraſis eſt fœni:p quod ſignificat uertumnũ fœniſecæ figuram aliquando ſuſcepiſſe.Varias aũt uertũni metamorphoſis poeta deſcribit. Sæpe manu ſtimulos.ſæpenumero inquit in bubulchum uertũnus commutabat̃.ut pomona potiri poſſet. Frondator erat.frondator dicitur frondium putator.

Induerat ſcalas.ſumpſerat.ſi autem cõiunctio ſubaudiatur. Lecturũ.collecturũ. Redimitus tempora.circũdata habens tempora. Tantoq; peritior inquit.quanto cultiores habes hortos ſubintelligamus. Intemerate.inuiolate. Qualia nũq̃. facete hæc a poeta inferunt̃:laſciuioraq; ait fuiſſe uertũni oſcula:q̃ quæ a uera uetula unq̃ dari potuiſſent.

Pandos.curuos. Autumni pondere.hoc eſt pomis. Contra.e regione. Probauit:cõmendauit approbauit. At ſi ſtaret ait cælebs.his ſimilitudinibus uult perſuadere pomonæ uertũnus:ut nubat: cum pſertim a multis petat̃. Cælebs.ſine cõiuge. uites.n.ſic ulmos amplectuntur:ut uxores uiros. Cælibes enim dicunt̃ qui ſine coniuge uiuunt:q̃ſi cæleſtem uitã agentes. Sine palmite.ſine uite. Nã palmites uitium rami dicuntur uuas ferentes.

Vnde tenet nomen: non ſiluas illa nec amnes,
Rus amat: & ramos felicia poma ferentes.
Nec iaculo grauis ẽ. ſed adunca dextera falce,
Qua modo luxuriẽ pmit: & ſpatiantia paſſim
Brachia compeſcit.fiſſa modo cortice lignum
Inſerit & ſuccos alieno præſtat alumno.
Nec ſentire ſitim patitur:bibulæque recuruas
Radicis fibras labẽtibus irrigat undis. (do ẽ.
Hic amor.hoc ſtudiũ.ueneris quoq; nulla cupi
Vim tamen agreſtũ metuens pomaria claudit
Intus: & acceſſus prohibet refugitq; uiriles.
Quid non & ſatyri ſaltatibus apta iuuentus
Fecere: & pinu præcincti cornua panes:
Silenuſq; ſuis ſemper iuuenilior annis:
Quiq; deus fures uel falce uel inguine terret:
Vt potirentur ea: ſed enim ſuperabat amando
Hos quoq; uertũnus,neq; erat felicior illis.
O quotiens habitu duri meſſoris ariſtas
Corbe tulit:uerique fuit meſſoris imago.
Tempora ſæpe gerens fœno religata recenti:
Deſectum poterat gramen uerſare uideri.
Sæpe manu ſtimulos rigida portabat: ut illum
Iuraſſes feſſos modo diſiunxiſſe iuuencos.
Falce data frondator erat:uitiſq; putator.
Induerat ſcalas:lecturum poma putares.
Miles erat gladio.piſcator arundine ſumpta.
Deniq; per multas aditum ſibi ſæpe figuras
Repperit:ut caperet ſpectatæ gaudia formæ:
Ille etiam picta redimitus tempora mitra
Innitens baculo poſitis per tempora canis
Aſſimulauit anum: cultoſq; intrauit in hortos:
Pomaq; mirata eſt.tantoq; peritior inquit
Oibus es nymphis:quas continet albula ripis.
Salue uirginei flos intemerate pudoris.
Paucaq; laudatæ dedit oſcula:qualia nunq̃
Vera dediſſet anus:glebaq; incurua reſedit
Suſpiciens pandos autumni pondere ramos.
Vlmus erat contra ſpecioſa nitentibus uuis:
Quã ſocia poſtq̃ pariter cum uite probauit
At ſi ſtaret ait cælebs ſine palmite truncus,

Nil prçter frondes quare peteretur: haberet
Hæc quoq; q̄ iuncta eſt uitis requieſcit in ulmo
Si non iuncta foret: terræ acclinata iaceret.
Tu tñ exemplo non tangeris arboris huius.
Concubituſq; fugis: nec te coniungere curas.
Atq; utinā uelles. helenæ non pluribus eſſet
Sollicitata procis. nec quæ lapitheia mouit
Prælia. nec cōiunx timidi aut audacis ulyſſei.
Nunc quoq; cū fugias auerſeriſq; petentes:
Mille uiri cupiunt: & ſemideiq; deiq;:
Et quæcunq; tenent albanos numina montes.
Sed tu ſi ſapiens. ſi te bene iungere: anumq;
Hanc audire uoles: quæ te plus omnibus illis.
Pluſq̄ credis amo: uulgares reiice tædas.
Vertūnumq; tori ſocium tibi delige: pro quo
Me quoq; pignus habe. neq;. n. ſibi notior ille ē
Q uā mihi. nec toto paſſi uagus errat in orbe.
Hæc loca magna colit. nec uti ps magna ꝓcorū
Q uā mō uidit: amat. tu primus & ultimus illi
Ardor eris: ſoliq; ſuos tibi deuouet annos.
Adde quod eſt iuuenis. quod naturale decoris
Munus habet. formaſq; apte fingetur ī omnes.
Et quod erit iuſſus: iubeas licet omnia: fiet.
Q uid? q; amatis idē? qđ? quæ tibi poma colūt
Primus habet: lætaq; tenet tua munera dextra:
Sed neq; iam fœtus deſiderat arbore demptos
Nec quas hortus alit cū ſuccis mitibus herbas
Nec quicq̄ niſi te. miſerere ardentis & ipſum:
Q đ petit: ore meo præſentem crede precari.
Vltoreſq; deos: & pectora dura peroſam
Idaliam memoramq; time rhamnuſidis iram:
Q uoq; magis caueas &. n. mihi mlta uetuſtas
Scire dedit referam tota notiſſima cypro.
Facta: quibus flecti facile & miteſcere poſſis.
Viderat a ueteris generoſam ſanguine teucri
Iphis anaxareten humili de ſtirpe creatus
Viderat: & totis perceperat oſſibus ignes:
Luctatuſq; diu poſtq̄ ratione furorem
Vincere non potuit: ſupplex ad limina uenit.
Et modo nutrici miſerum confeſſus amorē:
Ne ſibi dura foret: per ſpes orauit alumnæ.
Et modo de multis alicui blanditus amicis
Sollicita petiit perpenſum uoce furorem:
Sæpe ferenda dedit blandis ſua uerba tabellis.
Interdum madidas lachrymaꝝ rore coronas

Peteretur. expeteret. Nō tangeris. non moueris. Helenæ non pluribus eſſet. helenæ pulchritudo notior eſt q̄ ut hoc loco ſit cōmemorāda. Sollicitata. uexata. Nec q̄ lapitheia mouit. hippodamiam dicit: cuius pulchritudine bellū fuit excitatū inter lapithas & centauros: ut in. xii. copioſe narratur. Lapithæ aūt populi fuerunt Theſſaliæ a Lapitho Periphantis filio cognominati. Nec coniunx timidi audacis ulyſſei. Timidi ī pugna. Audacis in ſtruendis inſidiis. Penelope uero ulyſſis uxor formoſiſſima fuiſſe ſcribitur: & a q̄plurimis ꝓcis amata. Auerſeris. aſpneris. Hanc anū. ſeipſum oſtēdit cū quadam grauitate uertunnus. Vulgares tædas. Nuptias p ſynecdochē. A parte nanq; totū intelligimus. Faces nanq; ex teda arbore cōfectæ nouæ nuptæ ꝑferebantur. Procoꝝ. amatoꝝ quibus nihil eſt inconſtantius. ꝓci aūt a ꝓcando: hoc eſt a petendo dicti: q mulieres in matrimoniū petunt. unde & ꝓcaces a nimium petendo meretrices dñr

Deuouet. dedicat. deſtinat. Sane deuouere hoc loco in bonā accipitur partē. alibi in malam. Vergilius. Præcipue infelix peſti deuota futuræ. Decoris. pulchritudinis. Fingetur. formabitur trāſfigurabitur. Primus habet. primitiæ. n. frugum Vertumno dicabantur. ut ipſe apud ꝓpertium cōmemorans cās cur uertumnus dicatᷣ ait. Seu qa uertentis fructum percepimus anni. Vertunni rurſus credidit eſſe sacꝝ. prima mihi uariat liuētibus uua racemis. & coma lactēn ſpicea fruge tumet hic dulces ceraſos hic autumnalia pruna cernis & æſtiuo mora rubere die. inſitor hic ſoluit pomoſa uota corona. Cum pirus inuito ſtipite mala tulit. Cum ſuccis mitibus. dulcibus ſuauibus. Miſerere ardentis. Ardenter te amantis. Idaliam. uenerem ab idalio cypri nemore dictam. Rhamnuſidis irā. Rhamnuſis quæ & Rhamnuſia dicitur. pro nemeſi ponitur: q̄ dea ulciſcitur ſupbos: a Rhamnunte Atticæ populo: ubi maxime colebatur: denominata: cuius qdem in capitolio ſacellum eſt: q̄uis noīe careat Romano: ut plinius ſcribit. Vetuſtas. ſenectus. Senes nanq; iccirco prudentiores uidentᷣ: qa multaꝝ reꝝ peritiam habent. Multa ſcire dedit. multaꝝ reꝝ peritiam mihi tribuit. eſt. n. uerbum ꝓ nomine poſitum. quale eſt illud perſii. Scire tuum nihil eſt. Viderat a ueteris. iphis cyprius anaxaretes puellæ captus cū nullis ꝑcibus ea poſſet potiri: uitam finire decreuit. Ad ianuam igitur amatæ cum ſe ſuſpendiſſet. maximo merore matrem affecit. cum uero funus efferretur Anaxarete ad feneſtram accedens: ut īde exequias ſpreti iuuenis ſpectaret: in ſaxum fuit cōmutata. Veteris teucri. De teucro telamonis filio ītelligimus. q poſt mortem aiacis a pr̄e domo pulſus ſalamina in cypro condidit. Miſeꝝ amorem. eam. n. a qua non amabatur amabat. Sollicita uoce. plus q̄ diligenti oratiōe.

Anaxarete in ſaxum

Perpenſū fauorē. īpenſū & magnum. ac diligenter aīaduerſū. Ea autem omnia deſcribit Ouidius quibus amatores utuntur: ut puellis amatis potiri

poſſint. Intendit.alligauit. Poſuitq; in limne duro molle latus.Antitheton eſt. Durum namq; opponitur molli.Iphim autem ſæpenumero in limine ianuæ Anaxaretes iacuiſſe ait. Cõuicia fecit Male dixit. Seræ.quæ ianuam clauſam tenebat. Sæuior illa freto ſurgente.Quod in tempeſtatem excitatur. Cadentibus auſtris.Flare deſinentibus. Tunc enim ſæuiſſimi ſunt. Noricus ignis. • Norici.populi ſunt alpini ferro abundantes. Quod adhuc uiuum radice tenetur. hoc eſt quod nondum e terra eſt effoſum.Saxa enim nondum a ſua radice auulſa & uiua dicuntur & duriora ſunt. Spernit & irridet Anaxarete iphis humilitatem cõtemnens illius querelas irridet. Factis immitibus. Aſperis.crudelibus.Illum namq; a ianua fortaſſe depulit. Et ſpe quoq; fraudat amantem:quod crudele admodum uidetur. Fraudat. priuat. Et pæana uoca. hoc eſt uocibus læticiæ utere qualibus uoti compotes gaudia ſua exprimere ſolent:ut alibi Ouidius Dicite io pæan io pæan dicite pæan.Pæan uero hymnus quoq; eſt in apollinem qui a triumphantibus canebantur. Incingere.Coronare inquit uiridi lauro id quod triumphantes ſolent. Ferrea.dura atq; crudelis. Certe aliquid laudare mei cogeris laudare:quod mihi ipſe mortem conſciui:ut tibi rem gratam facerem.

Curam tui.Amorem quo te proſequor.Exceſſiſſe a me ſubauditur. Gemina luce. & uita mea & te quæ mihi altera lux es. Crudelia lumina.crudeles oculos. Humentes.lachrymantes. Hæc tibi ſerta placent.huiuſmodi inquit coronæ tibi ſũt gratæ:Vt laqueo collum inſeram. hæc autem cum maxima Anaxaretes inuidia dicuntur. Inſeruitq; caput.Laqueo ſubintelligatur. Eliſa fauce.Compreſſa ceruice. Icta.percuſſa. Famuli. Anaxaretes. Fruſtraq; leuatum.Alleuatum.Iam enim mortuus erat. Nam pater.iphidis ſubaudiatur. Funera ducebat.ducendas ac celebrandas exeq̃as curabat. Lurida.Nigra:qualia ſunt mortuorꝫ membra. Portabat.portanda curabat. Arſuro feretro.capulo comburendo. Feretrum enim una cum cadauere comburebatur.Quam iam deus ultor agebat. Quam iam nemeſis ſuperbiæ ultrix pſequebatur. Tectum.cubiculum. Iniit.intrauit Vixq; bene impoſitum lecto ordo eſt. Vixq; bene anaxarete proſpexerat Iphim lecto & pheretro impoſitum cum illius oculi diriguere. Diriguere oculi.cum ſubaudiẽdum:ut intelligatur cum oculi rigidi ſunt facti.Hæſit.affixa eſt. Saxum ſaxi duricies quæ paulo ante in pectore illius erat. Salanis.quæ ſalamim dicitur iſula eſt cum urbe eiuſdem nominis:& urbs in cypro a teucro Telamoniſ filio ædificata. Veneris proſpicientis.uenus proſpiciens dicta uidetur:quod uirginum ſuperbiam amatores contemnentium.

Poſtibus intendit:poſuitq; in limine duro
Molle latus:triſtiſque ſeræ conuicia fecit:
Sæuior illa freto ſurgente.cadentibus auſtris:
Durior & ferro:quod noricus excoquit ignis:
Et ſaxo:quod adhuc uiuum radice tenetur:
Spernit: & irridet:factiſq; immitibus addit
Verba ſupba ferox: & ſpe quoq; fraudat amãtē
Non tulit impatiens longi tormenta doloris
Iphis: & ante fores hæc uerba nouiſſima dixit.
Vincis anaxarete:neq; erunt tibi tædia tandem
Vlla ferenda mei.lætos molire triumphos:
Et pæana uoca:nitidaq; incingere lauro.
Vincis enim moriorq; libẽs.auge ferrea gaude
Certe aliquid laudare mei cogeris:eritq;
Quo tibi ſim gratus:meritũq; fatebere noſtrũ
Nõ tamen ante tui curam exceſſiſſe memento.
Quã uitã:geminaq; ſimul mihi luce carẽdũ ē.
Nec tibi fama mei uentura eſt nuncia leti.
Ipſe ego ne dubites adero præſenſq; uidebor:
Corpore ut exanimi crudeli lumina paſcas.
Si tamen o ſuperi mortalia facta uideris:
Eſte mei memores.nihil ultra lingua precari
Suſtinet: & longo facite ut narremur in æuo:
Et quæ dempſiſtis uitæ date tempora famæ.
Dixit & ad poſtes ornatos ſæpe coronis
Humentes oculos & pallida brachia tollens
Cum foribus laquei religaret uincula ſuminis:
Hæc tibi ſerta placent crudelis & impia dixit:
Inſeruitq; caput.ſed tum quoq; uerſus ad illam
Atq; onus infelix eliſa fauce pependit.
Icta pedum motu trepidãtũ & multa timẽtum
Viſa dediſſe ſonum ē:adapertaq; ianua factum
Prodidit.exclamant famuli fruſtraq; leuatum:
Nam pater occiderat: referunt ad limina mr̃is.
Accipit illa ſinu.complexaq; frigida nati
Membra ſui.poſtq̃ miſerarꝫ uerba parentum
Edidit.& matrum miſerarum facta peregit
Funera ducebat mediã lachrymoſa per urbem.
Luridaq; arſuro portabat membra feretro.
Forte uiæ uicina domus.qua flebilis ibat
Pompa fuit.duræq; ſonus plangoris ad aures.
Venit anaxaretes.quã iã deus ultor agebat.
Mota tamen.uideamus ait miſerabile funus.
Et patulis iniit tectum ſublime feneſtris.
Vixq; bene ĩpoſitum lecto proſpexerat iphim.

Diriguere oculi:calidusq; in corpore ſanguis.
Inducto pallore fugit:conataq; retro
Ferre pedes hæſit.conata auertere uultus:
Hoc quoq; nō potuit.paulatiq; occupat artus:
Quod fuit in duro iampridem pectore ſaxum
Ne uc ea ficta putes:dn̄æ ſub imagine ſignum
Seruat adhuc ſalamis.ueeris quoq; noie tēplū
Proſpicientis habet:quoꝝ memor o mea lētos
Pone precor faſtus:& amāti iungere nymphe.
Sic tibi nec uernum naſcentia frigus adurat
Poma.nec excutiant rapidi florentia uenti.
Hæc ubi nequicq̃ formas deas aptus ī omnes
Edidit:in iuuenem rediit:& anilia demit
Inſtrumenta ſibi.taliſq; apparuit illi.
Qualis ubi oppoſitas nitidiſſima ſolis imago
Euicit nubes:nulllaq; obſtante reluxit.
Vimq; parat.ſed ui non eſt opus.inq; figura
Capta dei nympha eſt:& mutua uulnera ſenſit.
Proximus auſonias iniuſti miles amuli
Rexit opes:numitorq; ſenex amiſſa nepotum
Munere regna capit:feſtiſq; palilibus urbis
Mœnia conduntur.tatius patreſq; ſabini
Bella gerunt:arciſq; uia tarpeia recluſa
Dignam animam pœna cōgeſtis exuit armis.
Inde ſati curibus tacitorum more luporum
Ore premunt uoces:& corpora uicta ſapore
Inuadunt:portaſq; petunt:quas obice firmo
Clauſerat iliades.unam tamen ipſa recluſit:
Nec ſtrepitum uerſo ſaturnia cardine fecit.
Sola uenus portæ cecidiſſe repagula ſenſit.
Et clauſura fuit.niſi ꝙ reſcindere nunquam
Diis licet acta deum.iano loca iuncta tenebant
Naiades auſoniæ gelido rorantia fonte
Has rogat auxilium.nec nymphæ iuſta petētē
Suſtinuere deam:uenaſq; & flumina fontis
Elicuere ſui.nondum tamen inuia iani
Ora patentis erant:nec iter præcluſerat unda.
Lurida ſupponunt fœcundo ſulfura fonti:
Incenduntq; cauas fumante bitumine uenas.
Virilibus his aliiſq; uapor penetrauit ad ima
Fontis & alpino modo quæ certare rigori
Audebatis aquæ:non ceditis ignibus ipſis:
Flammifera gemini fumant aſpergine poſtes

Venus proſpiciens.proſpiceret atq; prouideret. O mea nymphe blanda eſt ac familiaris appellatio Nymphe autem cum ſit uocandi caſus:ſine diphthongo ſcribatur. Lentos faſtus Diuturnam Sic tibi .optantis eſt aduerbium hoc loco illud ſic. In iuuenē.in iuuenilem figuram .Qualis ubi oppoſitas. Quam pulcher eſſet uertumnus anili habitu depoſito apta ſimilitudine oſtendit poeta Inq; figura capta dei nympha eſt.Sic quidem legitur ſed namq; loco illius inq; ut reponatur ſenſus expoſcit.Exponit enim poeta curui opus non fuerit.Nam pomona forma uertumni capta facile ei morem geſſit.Hanc uero emendationem noſtrā inepti quidam ſcalfornie reprehendunt ut uerſū perturbantem.Sic enim autem ſyllaba breuis natura produceretur.Quaſi uero hoc & ipſi non uiderimus:ac non illud ſecuti ſumus: quod non ſolum a ſarammaticis:ſed a Fabio quoq; Quintiliano præcipitur ſ. litteram ſepenumero in metro excludi. Qui quidem modo nulla uis carmine affert. Sed de hoc quoq; alibi plura. Et mutua uulnera ſenſit Nam & ipſa uertūni amore cœpit ardere. Proximus auſonias.Amulius & Numitor fratres fuerūt qui cum ea conditione a patre regnum albanorum accepiſſent:ut alternis annis regnarent: Amulius ſemel occupatum imperium fratri reddere nunq̃ animum inducere potuit.Sed Romulus & remus ex filia numitoris a marte compræſſa nati:& amulium interfecerunt:& regnum auo reſtituerunt.Ipſi uero urbem romam ædificarunt:ubi cum Romul⁹ omnia compoſuiſſet.iamq; ſenior eēt effectus martis præcibus in deoꝝ numeꝝ fuit tranſlatus. Iniuſti amuli.fratrem.n.contra ius & fas regno fraudauit. Feſtis.palilibus.palilia feſta erant:quæ in honorem palis paſtoꝝ deæ celebrabantur:quibus Roma a Romulo & Remo cōdita fuiſſe dr̄: q dies a priſcis romanis maxie celebrabat̄. Tatius p̄reſq; ſabini bella gerunt.pp raptū ſabinaꝝ.Nota eſt āt hiſtoria. Arciſq; uia tarpeia recluſa. ordo eſt & ſenſus.Et tarpeia uirgo exuit atq; depoſuit aīam pœna dignā armis & ſcutis in eā cōgeſtis poſt recluſā & aptā arcis uiā.Notior ē aūt hæc hiſtoria q̄ ut hoc loco ſit pluribus repetenda. Tarpeius aūt mōs ē q poſtea capitolinns fuit dictus.In bello autē ſabino Tarpeia Tarpeii:q arci p̄ſidebat: filia ſabinoꝝ ornamentis:q̄ in ſiniſtris geſtabant:capta hoſtibus ꝓdidit arcē.q cū pacti eſſent ſe daturos id qd̄ ī ſiniſtris geſtabāt:in eā ſcuta cōiecerūt:quo & fidē datā ſeruarent.& ꝓditricē ulciſcerentur. Sati curibus.Sabini.Nā cures ſabinoꝝ urbs eſt. Ore p̄mūt uoces. Silēt. Et corpa uicta ſapore.Romanos ſōno opp̄ſſos. Iliades.Romulus iliæ filius. Iano loca iuncta tenebant. Templo iani. Deſcribit autē poeta mutatōem aquaꝝ frigidaꝝ in calidas. Nā in ipſo p̄lio cum fugerent romani caturire cæpunt: p̄cibus Romuli aquæ calidæ ſcaturire cœperūt: quibus ſabini ꝓhibiti ſūt ulterius rōanos pſeq.Poeta uero p̄cibus ueneris id factū fuiſſe ait. Iani patētis. Apti Nā iani tēplū aptū ſignificabat urbē bello iplicitā eſſe.clau

Aquæ frigidæ in calidas

ſum uero pace gaudere. Lurida ſul.qđ liridū colorē & pallidū efficiūt. Fumāte bitumine.Ardēte. Bitumē uero gn̄s ē picis.facillime ignes contrahētis. Certare alpino rigori.Cōtēdere cū alpiū frigore qđ eſt uehementiſſimū eſt aūt conſtructio græca.Certo nāq; tecū non tibi latine dicimus. Rigidis ſabinis.Seueris. Præſtructa.obſtructa.opturata.Martius miles.Romanus.A marte nāq; p Romulum origine ducunt Romani. Strata eſt.coopta fuit. Generiq; cruorē.Romani.n.ſabinoꝝ filias uxores accepunt. Pace tn̄ ſiſti bellū. Interuentu Sabinoꝝ bellū illud fuiſſe ſublatum notius eſt:ut ſit exponendum. Tatiumq; accedere regno.Nam inter rel:quas pacis conditiones hoc etiam placuit:ut tatius una cum Romulo æqua poteſtate paribuſque honoꝝbus regnaret. Occiderat tatius.de morte tatii:qui annis quinq; cum romulo imperauit:& Titus Liuius & Dionyſius Halycarnaſeus copioſe ſcribunt.Lauinii fuit iterfectus a proximis legatorum:qui ad res repetendas miſſi non ſolum ſua a Tatio non impetrarunt.ſed a ſabinis quibuſdam inuito Romulo contra ius & fas perempti fuerunt

Romulus i deū

Aequata.æqualia facta. Tempus adeſt ſoluere. figura eſt græca.nā ſoluendi in ſoluta orōne diceretur. Fundamine magno.firmo fundamēto. Reſ romana.imperium romanum. Et præſide pēdet ab uno.Et unius præſidis & regis nutu regiť atque gubern tur.Dignoq; nepoti.Romulo. Imponere cælo.in numeꝝ deoꝝ referre. Nam memoro.i memoria habeo. Alias memorare ſignificat narrare.Eſt aūt parentheſis Ordo nanq; eſt. Tu mihi quondam & olim dixiſti concilio deoꝝ p̄ñte.unus erit Romulus:quem tu o mars tolles & extolles in ſidera celi. Et nubibus aera cæcis. Hoc ex hiſtoria ſumptum eſt.Nam romulus ut narrat.T.Liui⁹ cum ad exercitum recenſendi concionem in campo ad capræ paludem haberet ſubito coorta tempeſtas cum magno fragore tonitribuſq; tam denſo regem operuit nimbo ut conſpectum eius conciōi abſtulerit.nec deinde in terris romulus fuit uiſus. creditus eſt autem a patribus propter morum aſperitatem fuiſſe diſcrepitus.ſed plebi pſuaſerunt ipſū in ſidera fuiſſe tranſlatum. Promiſſæ rapinæ. rapiendi romuli e te ris in cælū. Senſit.cognouit. Verberis flagelli quo equi uerberantur. Nemoroſi palati.nemoribus obſiti.palatium aūt unus eſt ex collibus romanis:imperatoꝝ ſede clariſſim⁹ qđ nunc uulgus palatium maius uocat.Non regia iuri non conuenientia de litibus.n. priuatoꝝ iudicabat. Suo quiriti.Suis romanis. Intabeſcere.liqſcere atq; conſumi. Et puluiaribus altis.Sedibus atq; altaribus excelſis.puluinaria nanq; lecti dñr q in deoꝝ templis ſternebantur. Trabeati.trabea induti.Nam romulus dū uiueret:trabea ueſte utebatur.Trabeaꝝ aūt genera ſunt tria:ut ſcri.Suetonius in libro de genere ueſtiū:unū qđ diis ſacrať: qđ totum eſt purpureum.alteꝝ eſt regum qđ quidem eſt purpureum:ſed albo infectum.Tertium eſt augurale de purpura & cocco mixtum. Limite curuo.Arcum dicit per quem iris decurrere diciť.Herſiliæ autem romuli uxoris metamorphoſin expōit poeta.nā & ipſa in deam nōie oram fuit conuerſa.

Herſilia in deam

Nunc eſſe quirini.qui in deoꝝ numeꝝ trāſlatus eſt. Siſte tuos fletus.hoc eſt.Tuis fletibus finem impone. Pete lucum.Vade ad lucū. Colle quirino.qui a quirino quirinalis fuit cognominatus.

Portaq; nequicq̄ rigidis promiſſa ſabinis
Fonte fuit præſtructa nou⁹:dū martius arma
Indueret miles,quæ poſtq̄ romulus ultro,
Obtulit;& ſtrata eſt tellus romana ſabinis
Corporibus:ſtrata eſtq; ſuis:generiq; cruorē
Sanguine cum ſoceri permiſcuit impius enſis:
Pace tamen ſiſti bellum:nec in ultima ferro
Decertare placet:tatiumq; accedere regno.
Occiderat tatius;populiſq; æquata duobus
Romule iura dabas;poſita cū caſſide mauors
Talibus affatur diuumq; hoīumq; parentem,
Tempus adeſt genitor:qm̄ fundamine magno
Res romana ualet:& præſide pendet ab uno,
Præmia iam promiſſa mihi dignoq; nepoti
Soluere,& ablatum terris imponere cælo.
Tu mihi concilio quondam præſente deorum
Nā memoro:memoriq; aīo pia uerba notaui,
Vnus erit:quem tu tolles in ſidera cæli
Dixiſti,rata ſit uerborum ſumma tuorum.
Annuit omnipotens:& nubibus aera cæcis
Occuluit:tonitruq; & fulgure terruit orbem,
Quæ ſibi promiſſæ ſenſit data ſigna rapinæ:
Innixuſq; haſtæ preſſos temone cruento
Iā pauidus conſcendit equos gradiuus:& ictu
Verberis increpuit:pronumq; per aera lapſus
Conſtitit in ſummo nemoroſi colle palati:
Reddentemq; ſuo non regia iura quiriti
Abſtulit iliaden,corpus mortale per auras
Dilapſum tenues:ut lata plumbea funda
Miſſa ſolet medio glans intabeſcere cælo.
Pulchra ſubit facies:& puluinaribus altis
Dignior eſt,q̄ ſit trabeati forma quirini.
Flebat ut amiſſum coniunx:cum regia iuno
Irim,ad herſiliam deſcendere limite curuo
Imperat:& uacuæ ſua ſic mandata referre:
O & de latio,o & de gente ſabina
Præcipuum matrona decus:digniſſima tanti
Ante fuiſſe uiri coniunx,nunc eſſe quirini
Siſte tuos fletus:& ſi tibi cura uidēdi
Coniugis eſt:duce me lucum pete:colle qrino

Romani regis.Romuli qui poſt mortem quirinus fuit appellatus. Per arcus pictos.per arcus uariis coloribus diſtinctos. Et liquet.Cōſtat. Offer.oſtēde. Ora.faciē figurā. Cælū accepiſſe uidebor. Felix mihi eſſe uidebor.Cū uirgine thamantea.Cum iride thamantis filia. Romuleos colles. Quirinalē collem. Ceſſit.Receſſit. In auras.in aerē. Notis.Amicis. Romanæ cōditor urbis:Romulus. Et priſcum pariter. Nā corpus ex mortali effectum eſt immortale:& pro Herſilia ora fuit cognominata. Quæ nunc dea iuncta quirino eſt.Nam ora in templo romuli colebatur.

Qui uiret. & templū romani regis obumbrat.
Paret: & in terram pictos delapſa per arcus
Herſiliam iuſſis compellat uocibus iris.
Illa uerecundo uix tollens lumina uultu.
O dea nāq; mihi nec quæ ſis dicere ꝓmptum ē
Et liquet eſſe deam duc o duc inquit & offer
Coniugis ora mihi:quē ſi modo poſſe uidere
Fata ſemel dederint:cælum accepiſſe uidebor.
Nec mora.romuleos cum uirgine thaumātea
Ingreditur colles.ibi ſidus ab æthere lapſum
Decidit in terras:a cuius lumine flagrans
Hærſiliæ crinis cum ſidere ceſſit in auras.
Hanc manibus notis romanæ cōditor urbis
Excipit: & priſcum pariter cum corpore nomē
Mutat:orāq; uocat.q̄ nunc dea iuncta q̄rino ē.

P. Ouidii Naſonis metamorpho.li.xv.

QVæritur interea quis
tantæ pondera molis
Suſtineat tantoq; quæ-
at ſuccedere regi.
Deſtinat imperio claꝝ
prænuncia ueri
Fama numā.non ille ſa-
tis cognoſſe ſabinæ
Gentis hēt ritus.animo
maiora capaci
Concipit: & quæ ſit rerum natura requirit.
Huius amor curæ patria curibuſq; relictis
Fecit:ut herculei penetraret ad hoſpitis urbem
Grata quis italicis auctor poſuiſſet in oris
Mœnia quærenti:ſic e ſenioribus unus
Rettulit indigenis ueteris non inſcius æui.
Diues ab oceano bobus ioue natus hiberis
Littora felici tenuiſſe lacinia curſu
Fertur. & armento teneras errante per herbas
Ipſe domū magni nec inhoſpita tecta crotonis
Intraſſe: & requie longum releuaſſe laborem.
Atq; ita diſcedens auo dixiſſe nepotum.
Hic locus urbis erit:promiſſaq; uera fuerunt

Raphaelis Regii in quintumdecimū metamorphoſeos Ouidii librum enarrationes.

QVæritur interea.Quo commodius & librū libro & metamorphoſin metamorphoſi coniungat poeta.coꝝ ſequit opinionem:qui ſentiunt Numam Pompilium in magnam græciam iuiſſe: ut pythagoricis dogmatibus inſtrueretur Quam quidem opinionem Liuius compluribus refellit argumentis: ſed hoc potiſſimum quod pythagoras tpe numæ non fuit. Tantæ molis.Tanti imperii per tranſlationem Tanto regi.quātus fuit Romulus. Claꝝ numam.Nobilem.ſua iuſticia atq; integritate notum.Numa.n.Pompilius curibus in ſabinis ortus uir inclyta iuſticia & religione:conſultiſſimuſq; ut ī illa quiſq̄ ætate eſſe poterat oīs diuini atq; humāi iuris:uiſus eſt ſenatui populoq; romanoq; dignus qui romulo in regno ſuccederet. Ritus. mores.
Requirit inquirit.ſcrutatur. Huius amor curæ.Cupiditas perdiſcendæ reꝝ naturæ.Curibuſq; ſabinis.Cures ut Numa Pompilius ad Pythagorā Strabo narrat opulentiſſima fuit ſabinoꝝ urbs:ex qua euocati ſūt.T.Tatius & numa Pompilius reges.Vnde romani Quirites fuere cognominati.ſic.n.ab iis appellantur:qui conciones ad populū hñt
Penetraret.Cum difficultate iret.per uarios nāq; populos illum tranſire oportuit. Herculei hoſpitis. Crotonis.Nam croton redeuntem ex Hiſpania Herculem cum Gerionis armentis hoſpitio ſuſcepit.a quo etiam didicit futuꝝ tempus: quo illic ciuitas inſignis nomine illius conderetur:qđ& ueꝝ fuit Nam micylus quidam alemonis filius in ſomnis ab hercule eſt admonitus.ut patria relicta. Croton
Argolicus namq; erat.ſe conferret ad æſeris fluuii hoſtia:ibiq; urbem ædificaret. His cum ſarcinulas colligere cœpiſſet reus eſt factus quod contra leges commigrare uellet Mors.n.illi propoſita erat: qui patriam deſerere temptaſſet cum uero ferēda ſnia foret & aut ſuffragiis nigris condemnandus: aut albis abſoluendus:ſibi timens Herculem: cui paruerat:rogauit ut ſibi auxilio eſſet. Statimq; calculi oēs ex nigris facti ſunt albi.quare abſolutꝰ micylus in loco ſibi ab hercule monſtrato urbem ædificauit:quam de noīe crotonis ibi ſepulti Crotonē appellauit Non inſcius Aeui ueteris.priſcaꝝ hiſtoriaꝝ peritus. Ioue natus.Hercules. Bobus hiberis hiſpanis. Geryone īterfecto abactis. hiberia namq; eſt hiſpania ab hibero fluuio cognominata

Lapilli nigri in cãdidos

Littora lacinia.lacinium ꝓmontoriũ eſt Italiæ iter Adriaticum mare & ionium a lacinio latrone quẽ hercules interfecit dictum in eo templum fuit iunonis laciæ.unde Vergilius. Atollit ſe diua lacinia contra. Longum laborem. longi itineris defatigationem. Acceptiſſimus. gratiſſimus. Hunc ſuper incumbens anaſtrophe eſt. Illa namq; præpoſitio ſuper quæ præponi deberet. poſt ponitur. Preſſum grauitate ſoporis hoc eſt graui ſomno oppreſſum. Clauiger.hercules. Aeſeris diuerſi.remoti.longe moti.Eſt enim fluuius calabriæ iuxta crotonem labens. I pete.Ad petendum & q̃rendum uade. Recentia uiſa. Noua inſomnia. Pugnat.diſſidet. Denſiſſima.obſcuriſſima. Caput ſidereum.ſideribus ornatum. Viſos adeſſe. Hæc particula cum eſt ſubaudienda. Idem deus.Hercules. Patrium penetrale. paternũ domicilium. Agitur reus.accuſatur. Peragere autẽ reꝝ damnare eſt. Spretaꝝ legum. Contemptaꝝ. Sine teſte.ipſe namq; confeſſus eſt ſe commigrare decreuiſſe. Fecere cælum. aperuere acquiſiuere. Nam tu mihi criminis auctor.nam tu mihi ꝑſuaſiſti ut commigrarẽ. Lata eſt ſententia triſtis. Ab effectu:Condemnatus namq; fuerat micylus. Proprie autem ſententia a iudicibus ferri dr̃:quis ĩ exemplaribus fere data corrupte legatur. Candida ſn̄ia ad calculos alludit. Lacedæmonium tarentum.a lacedæmoniis conditum. Nam tarẽtum urbs eſt calabriæ quæ & taras a græcis appellatur.a Tara neptuni filio ædificata:a parthenis uero lacedæmonioꝝ duce Phalanto amplificata: ut & iuſtinus & plutarchus copioſe ſcribunt. Et ſybarim ſybaris urbs eſt & fluuius calabriæ.urbs autem poſtea thurion fuit cognominata: quæ a crotoniatis fuit capta. Salentinũq; neræthũ Nerethum quidem legitur ſed corrupte:ut ex Strabone collegius qui ait Neætum ſalentinoꝝ eſſe fluuium: a nauiũ Aeneæ conflagratione dictum.Quare hic quoque Neærum legamus.Salentini autem populi ſunt a ſalentina urbe dicta. Thurinoſq; ſin⁹thurii urbs eſt calabriæ quæ & thuria & thurion dicta eſt a thuria fonte.Hæc prius ſybaris. nouiſſime copiæ fuerũt appellatæ:uñ thurin⁹declinat̃. Temeſeq;. Temeſe urbs eſt calabriæ. Et iapygis arua. iapygia urbs eſt calabriæ a iapyge heroe dicta. Fatalia ora hoſtia fatis & iuſſu herculis quæſita. Tumulum ſepulchꝝ. Iuſſa terra.Ab hercule Et nomẽ tumulati traxit in urbem.nam croton a crotõe heroe fuit dicta.uñ crotoniatæ declinantur. Eſt & alia urbs eodem nomine Thuſcie olim metropolis. Primordia.principia. Poſitæ urbis.crotonis. Vir fuit hic ortu ſamius.ꝑiphraſis eſt pythagoræ.nam pythagoras ſamius fuit.qui odio tyrannorum patriam relinquens crotonẽ uenit: ubi philoſophiã profiteri cœpit unde ẽt philoſophi italici fuerunt cognominati. Pythagoras aũt prius oium μετεμψυχῶσιν.hoc eſt aiaꝝ de corporibus incorproa

Pythagoras Samius.

Nam fuit argolico generatus alẽone quidam
Micylus illius diis acceptiſſimus æui.
Hũc ſuper incũbens preſſum grauitate ſoporis
Caluiger alloquitur.lapidoſas æſaris undas
I pete diuerſi.patrias age deſere ſedes.
Et niſi paruerit:multa ac metuenda minatur:
Poſtea diſcedunt pariter ſomnuſq; deuſque.
Surgit alemonides tacitaq; recentia mente
Viſa refert:pugnatq; diu ſententia ſecum.
Numen abire iubet.ꝓhibent diſcedere leges:
Pœnaq; mors poſita eſt patriam mutare uolẽti.
Candidus oceano nitidum caput abdiderat ſol.
Et caput extulerat denſiſſima ſidereum nox.
Viſus adeſſe idem deus eſt,eademq; monere:
Et niſi paruerit:plura & grauiora minari.
Pertimuit:patriumq; ſimul tranſfere parabat
In ſedes penetrale nouas.fit murmur in urbe
Spretaꝝq; agitur legum reus:utq; peracta eſt
Cauſa prior:crimenq; pater ſine teſte ꝓbatum:
Squallidus ad ſuꝑos tẽdens reus ora mãuſq;:
Ocuius cælum bis ſex fecere labores:
Fer precor iq̄t opem.nã tu mihi crimĩs auctor.
Mos erat antiquis niueis atriſq; lapillis
His damnare reos.illis abſoluere culpa.
Tunc quoq; ſic lata eſt ſententia triſtis &.oĩs
Calculus inmitem dimititur ater in urnam.
Quæ ſimul effudit numerandos uerſa lapillos
Omnibus enigro color eſt mutatus in album:
Candidaq; herculeo ſententia numine facta.
Soluit alemonidem.grates agit ille parenti
Amphitryoniadæ:uentiſq; fauentibus æquor
Nauigat ionium;lacædemoniumq; tarentum
Præterit:& ſybarim ſalentinumq; neæhetum
Turinoſq́ue ſinus temeſenque & iapygis arua:
Vixq; pererratis quæ ſpectant littora.terris
Inuenit æſarei fatalia fluminis ora.
Nec ꝓcul hic tumulũ:ſub quo ſacrata crotõis
Oſſa tegebat humus:iuſſaq; ibi mœnia terra
Condidit:& nomen tumulati traxit ĩ urbem.
Talia conſtabat certa primordia fama
Eſſe loci:poſitæque italis in finibus urbis.
Vir fuit hic ortu ſamius:ſed fugerat una
Et ſamon & dominos:odioq; tyramnidis exul
Sponte erat:iſq; licet cæli regione remotus
Mente deos adiit.& quæ natura negabat

tranſitũ iuexit:eoq; uetuit ne carnibus hoĩes ueſcerent:quo faciliori uictui aſſueſcerẽt:ſpq; cibos parabiles haberent.Hinc.n.& ſanitatẽ corpi & ingenio acumen acquiri aiebat.Multas aũt metamorphoſis ex pythagoricis dogmatis poeta deſcribit. Hic.ꝑ illic crotoni:quo ſe cõtulit Numa põpilius:ut pythagorã audiret. Ortu.origine. Et dños.terãnos. Mente mẽtis cõtẽplatõe. Deos adiit.cæleſtia ac diuina ſcrutatus eſt. Oculis.pectoris.Ingenio. Hauſit.pcepit.itellexit. Vigili cura.Diligenti ſtudio. Dabat.ꝑponebat. Cœtũq; ſilentũ.alludit ad morẽ pythagoræoꝝ:qbus ad certũ uſq; tps:ut gellius ſcribit.pro eſtimato captu ſolertiæ ſilẽtium iungebat.

Viſibus humanis:oculis ea pectoris hauſit.
Cumq; aio & uigili perſpexerat omnia cura:
In medium diſcenda dabat: cœtumq; ſilentum
Dictaq; mirantum:magni primordia mundi:
Et rerum cauſas: & quid natura docebat.
Quid deus.unde niues.q̃ fulmis eſſet origo.
Iupiter an uenti diſcuſſa nube tonarent.
Quid q̃teret terras.qua ſidera lege mearent:
Et quodcũq; latet:primuſq; animalia menſis
Argui imponi.primus quoq; talibus ora
Docta quidẽ ſoluit.ſed non & credita uerbis.
Parcite mortales dapibus temerare nefandis
Corpora.ſunt fruges. ſunt deducentia ramos
Pondere poma ſuo:tumidæq; in uitibus uuæ.
Sunt herbæ dulces.ſunt quæ miteſcere flãma
Molliriq; queãt.nec uobis lacteus humor
Eripitur.nec mella thymi redolentia florem.
Prodigia diuitias alimentaq; mitia tellus
Suggerit:atq; epulas ſine cæde & ſãguie ꝑbet.
Carne feræ ſedant ieiunia.nec tamen omnes.
Quippe equus & pecudes armẽtaq; gramie
At qbus igeniũ ẽ imanſuetũq; ferũq; (uiuunt
Armeniæ tigres iracundiq; leones:
Cũq; lupis urſi dapibus cũ ſãguine gaudent.
Heu q̃tum ſcelus eſt in uiſcera uiſcera condi:
Cõgeſtoq; auidũ pingueſcere corpore corpꝰ:
Alteriuſq; animantẽ animantis uiuere leto.
Scilicet in tantis opibus:quas optima matrũ
Terra creat:nil te niſi triſtia mandere ſæuo
Vulnera dente iuuat:rituſq; referre cyclopum
Nec niſi perdideris alium:placare uoracis:
Et male morati poteris ieiunia uentris:
At uetus illa ætas:cui fecimus aurea nomen:
Fœtibꝰ arboreis.& quas humus educat herbis
Fortunata fuit:nec polluit ora cruore.
Tunc & aues tutæ mouere per aera pennas.
Et lepus impauidus mediis errauit in armis.
Nec ſua credulitas piſcem ſuſpenderat hamo:
Cuncta ſine iſidiis nullãq; timentia fraudem:
Plenaq; pacis erant.poſtq̃ non utilis auctor

Dictaq; mirantũ.uerba pythagoræ ob ſũmam grauitatẽ admiratũ.Tanta nãq; fuiſſe auctoritate pythagoras tradit: ut diſcipuli ẽt ſi nullam dictoꝝ rõnem aſſignaſſet: maximã adhiberẽt fidẽ:rogatiq; alicuius dcĩ rõnem:rñderẽt αὐτὸς ἔ.hoc ipſe dixit:pythagorã inuentes:exiſtimarẽt q; ſe dei uocẽ audire.pythagoras qdem fuit appellatus qd non minus q̃ pythius uera loqueret. Magni primordia mũdi.De qbꝰ uariæ ſũt philoſophorum opiniões.ut in prio dixius. Et reꝝ cãs.in qbus iueniendis maxie pħi laborãt. Et quid natura.ſit uerbũ ſubaudiat.Natura aũt ab ariſtotele definitur eſſe pricipiũ motus & qetis. Hæc ãt oĩa a phyſicis tractant. Quid deus.q̃ nã ſit dei definitio.deũ ãt ſcribit plato eſſe ſũmũ bonum oium bonoꝝ auctorẽ. Vñ niues.qua excã niues generent.ut ãt ſcribũt phyſici:ex pluuia frigore condenſata niues gñant. Quæ fulmis eẽt origo.ex colliſiõe nubium fulmẽ exprimi putatur. Iupiter an uẽti.q̃ cã tonitru foret.Alii nãq; tõitru eſſe aiunt aeris uehæmentẽ ſtrepitũ.Alii aũt eruptionem uẽtoꝝ e fracta nube cũ maxio ipetu coeũtium.Quid quateret terras qd faceret terremotos. uẽti aũt in ſubterraneis cauernis recluſi: neq; exitũ hñtes in cã terremotuũ eſſe dñr. Qua ſidera lege mearẽt.Alia nãq; ſideꝝ cũ mundo.alia cõtra mundũ meare dñr. Et qdcũque latet.Oĩa inquit hoĩbus alioqn icognita docebat Pythagoras. Arguit repħẽdit.ſed arcuit p.c. rectius legeret hoc eſt uetuit. Parcite mortales. grauiſſima pythagoræ oĩo:qua hoĩbꝰ diſſuadet ne carnibus ueſcant.Hæc aũt de Empedocle qui pythagoræ dogmata carminibus cõplexus ẽ ſumpta eſſe uidentur id qd facile ex iis q̃ de pythagora ſcribit gellius pcipi põt.Tñ uero ab uſu carniũ pythagoras abhorruiſſe a Diogene ſcribit:ut aræ delii apollinis genitoris:quẽ ſolũ colebat:frumenta: hordeum:ac placẽtas ſine ullo igne ipoſuerit. nec ulla unq̃ iocinora ut in delioꝝ rep. Ariſtoteles teſtatur. Parcite temerare.Nolite uiolare. Deducentia inclinantia. Tumidæ.ſucci plenæ. Lacteus hũor periphraſis ẽ lactis. Molliri.Mollia fieri & coqui.

Thymi.herba ẽ apibus gratiſſima thymꝰ. Prodiga tellus.q̃ oĩa copioſe effũdit. Suggerit. ſubminiſtrat. Et pecudes.oues. Armentaq;. boues.

Ingeniũ.natura.Heu quãtũ ſcelus ẽ.A turpi diſſuadet pythagoras hoĩbus:ne carnibus ueſcantur.

In uiſcera.i uẽtrẽ & inteſtina. Viſcera. carnes.

Aiantem.hoiem. Ritus cyclopũ.qui carnibus humãis crudiſq; ueſcebant.Diſſuadet aũt ab inhoneſto.Turpe nãq; eſt hoi imitari & feras & ſæuos cyclopũ mores. Male morati. malis moribus ꝑditi.Hæc aũt cũ iterrogatõe & ironia legenda ſunt.

Pythagoræ dogma

Pythagoræ ſermo

Cui fecimus aurea nomē. Figurata eſt locutio. Quā aureā.appellauimus.a felicitate uero aureæ ætatis ſūptū eſt hoc argumentū. Fœtibus arbore is.fructibus arboꝝ. Fortunata.felix & beata.Polluit.inquinauit. Mouere pēnas.uolauerunt Tutæ.ſecuræ ſine piculo.Neq;.n.tūc illis retia tēdebāť Impauidus.intrepidus.Sine ullo timore. Victibus facilitati uiuēdi. Quiſqs fuit. ignorať nāq; qſnā fuerit Tametſi iouē fuiſſe ſcribāt poetæ. Corporeas dapes:epulas ex corpe & carne cōfectas. Fecit iter Aperuit uiā. Sceleri.cedibus & homicidiis. Idq; ſatiſfuerat ut feras iterficeremus. Nr̄m q; petentia letum.feras qdē nobis pniciosas interficiendas eſſe ait:ſed eaꝝ carnibus nō eſſe uefcendū Inde a cæde feraꝝ deuētū eſt ad cædē cicuꝝ:ac manſuetoꝝ aialiū:& qđ peius eſt:hoīum quoq;. Pando.recuruo. Eruerit.Subruerit ſubuerterit.ſus aūt cereri imolari ſolebat:ut caper baccho.Spē anni Segetē & frumētū. Morſa.coroſa. Nocuit ſua culpa duobus concedit pythagoras ſuē quidē & capꝝ merito fuiſſe iugulatos. ueꝝ oues & boues nihil pſus unq̄ mali commiſiſſe:ac potius humano generi maxiope pdeſſe.eoq; non eſſe interficiendos.
Duobus.Sui.& capro. Nectar.Lac ſuauiſſimū ex arte aūt cōmoda:q̄ ex ouibus habenť:amplificat pythagoras.quo facilius ab illis occidētis hoīes deterreanť. Tolerare.Ad tolerādum. Immemor. ingratus.Demū affectui ſeruit hoc loco demū quē admodū & tandē aliqñ. Ruricolā.bouē quo rura & arua colunť. Qui tria labore.interpratio ē. idē .n.dicit p diuerſa uerba:Eſt āt ordo. Qui pcuſſit.ſecuri illa colla:quibus totiens duꝝ aruū trahēdo aratrum renouauerat. Tunc āt renouať aruū cū aratro pſcindiť. Numē ſupnū.iouē.ſiquidē ioui ſacrificant iuuēcū. Victia labe carēs.uitio ac morbo In cede uero & imolatione boū deſcribenda cōmorať pythagoras:quo facilius ab illis iterficiēdis homines dehorteť ad id āt alludit poeta:qđ paulo añ dixi pythagorā nō uictias: ſed placētas in deo ſacrificiis obtuliſſe.Cruētas nāq; hoſtias diis offerri uetabat:ſolāq; arā.q̄ ſine ſanguine eſſet adorādā cenſebat. Nā placuiſſe nocet.niſi.n.placeret nō imolareť. Et auro.auratis cornibus. Quas colui fruges.mola nāq; ſalſa q̄ eo farre & ſale cōſtabat:iponebatur uictimaꝝ frōti. Inſpiciūt:ide haruſpices ſūt dicti:ab harugis hoc ē uictimis iſpiciendis. Scrutanť inqrunt. Vetitoꝝ ciboꝝ.phibitaꝝ carniam Veſci.carnibus ueſci hoīes pprie dñr: qđ græci κρεώφαγειν dicūt. Vros colonos.Nā boues ut coloni arua colūt. Et qm̄ deus ora mouet apollo me hortať ut loquar.Delphos meos apollinis delphici:quē unū colo Oracula. Auguſtæ mē.diuie maximā aūt excitat attentōem:cū polliceť ſed diuinis:q̄ nulli alii unq̄:iueſtigata fuerunt diſputatuꝝ.
Ire p alta aſtra iueſtigare cæleſtia. Inerti ſe.immobili terra pallātes.errātes. Deſpectare.deorſū a cælo ſpectare. Sortē fati. nā atq; cōditōem fati. Oge.atto.imortales aīas eſſe pythagoras ait ua

Victibus inuidit:quiſquis fuit ille deorum.
Corporeaſq; dapes auidam demerſit in aluum:
Fecit iter ſceleri:primoq; e cæde ferarum
Incaluiſſe putes maculatum ſanguine ferꝝ
Idq; ſatis fuerat:noſtrumq; petentia letum
Corpora miſſa neci ſalua pietate fatemur.
Sed q̄ danda neci:tam non epulanda fuerunt.
Longius inde nefas abiit:& prima putatur
Hoſtia ſus meruiſſe mori:quia ſemina pando
Eruerit roſtro:ſpemq; interceperit anni.
Vite caper morſa bacchi mactatus ad aras
Dicitur ultoris:nocuit ſua culpa duobus:
Quid meruiſtis oues placidū pec⁹ inq; tuēdoſ
Natum hoīes:pleno quæ fertis in ubere nectar
Mollia quæ nobis ueſtras uelamina lanas
Præbetis:uitaq; magis:q̄ morte iuuatis:
Quid meruere boues:aīal ſine fraude doloq;
Innocuum.ſimplex.natum tolerare labores:
Immemor ē demū:nec frugū munere dignus
Qui potuit curui dempto mō pondere aratri.
Ruricolam mactare ſuum.qui trita labore
Illa:quibus toties durum renouauerat aruum.
Tot dederat meſſes:percuſſit colla ſecuri.
Nec ſatis eſt.ꝙ tale nefas committitur:ipſos
Inſcripſere deos ſceleri:numenq; ſupernum
Cæde laboriferi credunt gaudere iuuenci.
Victima labe carens & præſtantiſſima forma:
Nam placuiſſe nocet:uittis præſignis & auro
Siſtitur ante aras:auditq; ignara precantē
Imponiq; ſuæ uidet inter cornua fronti:
Quas coluit fruges:percuſſaq; ſāguīe cultros
Inficit in liquida præuiſos forſitan unda.
Protinus ereptas uiuenti corpore fibras.
Inſpiciunt:mentesq; deum ſcrutantur in illis.
Vnde fames homini uetitoꝝ tanta ciboꝝ eſt:
Audetis ueſci genus o mortale quod oro
Ne facite:& monitis animos aduertite noſtris:
Cūq; boum dabitis cæſoꝝ mēbra palato:
Mandere uos ueſtros ſcite:& ſentire colonos.
Et qm̄ deus ora mouet:ſequar ora mouentem
Rite deū.delphoſq; meos ipſumq; recludam
Aethera.& auguſtæ reſerabo oracula mentis
Magna.nec ingeniis inueſtigata priorum
Quæq; diu latuere canam iuuat ire per alta
Aſtra iuuat terris & inerti ſede relicta

tiaq; ſubire corpa oñdit.Hãc uero μετεμψύχωσιν:hoc eſt aiæ de corpore i corpus cõmigratõem ab ægypti is ſũptã eſſe innuit Herodotus i euterpe ſcribẽs.Aegyptios prio extitiſſe q dicerent aiam hois eſſe imortalem: qđ mortuo corpe ſubinde in aliud atq; aliud corpus:ut qđq; g igneretˀ imigraret atq; ubi ꝑ oia ſe circũtuliſſet terreſtria marina.uolucria.rurſus i aliqđ genitũ hois corpus itroiret:atq; hũc ab ea introitũ fieri itra annoꝝ tria milia.Hãc oronẽ ſumit e græcis q uſurpauerũt tãq̃ ſuã alii priꝰ alii poſteriꝰ:quoꝝ ego noia ſciẽs nõ duco ſcribẽda. Humeris ua.atlã.qui cælũ ſuſtinere fingitˀ.Pollicetˀ aũt pythagoras ſe noua de aioꝝ imortalitate eẽ cõmemoratuꝝ. Materiã natũ.poetaꝝ qui multa de inferis ſcribũt.quos nullos pythagoras ſentit cũ aiæ de corpibus in corpa tranſeant. Falſi mũdi.Fallacis. Tabe.morbo.corruptione. Nõ ulla.nulla.

Morte carent aiæ.Rõ eſt & cã cur homies nulla mala patiantˀ. Nouis dõibus.nouis corpibꝰ.hæc aũt eſt pythagoræ μετεμψύχωσις. pſe ego pãthoides euphorbus erẽ.Exẽplo ſui oñdit pythagoras aias de corpibus in corpa tranſire. Nã tpe belli troiãi ait ſe fuiſſe euphorbũ pãthoi filiũ a menelao interfectũ:cuius ẽt clypeũ cognouit in tẽplo iunonis argiuæ locatũ.Pythagorici aũt aſſerunt aiam eẽ immortalẽ:idq; exẽplo æthalide ꝓbãt:quẽ aiũt tpe belli troiani reuixiſſe fuiſſeq; euphornũ panthi filium.Deinde pyrrhũ creteñſẽ.poſtea eleũ quendam cuius nomẽ ignoratˀ.Tandẽ pythagorã ipſũ.pythagoras uero ubi mõſtrat aias de corpibus i corpa trãſire ait ſe primũ fuiſſe æthaliden mercurii filiũ.Deinde euphorbũ troianũ.poſtea mercurii filiũ ex ſamia meretrice.tũ pythagoras.Memoriã aũt ſemp retinuiſſe mercurii dono:cuius æthalides filius fuit. Hæſit fixa ẽ.Nã euphorbꝰ a menelao haſta fuit tranſfixus. Abãteis argis argos clariſſima urbs ẽ pelopõneſi:i qua abas regnauit.Vñ abãtei argi dñr Tametſi ab aliis legatˀ agris abãteis expõaturq; euboicis.Abãtes ai populi enboiæ fuerũt.Nihil iterit ex ſnia oĩum pħoꝝ hæc dñr:qui ſẽtiũt qđẽ oia poſſe reſolui i quattuor elemẽta:uel in materiã primã: ut ſentit ariſtoteles.Sed minime in nihilũ redigit. Vñ pſius de nihilo i nihil in nihilũ nil poſſe reuerti. Vtq; no.fa.Hac ſimilitudine colligit pythagoras ſbam uarias qdem ſuſcipe formas nunq̃ tñ interire. Facilis cera.mollis. Sed tñ ipſa eadẽ eſt. Quo ad ſbam ſiqdẽ ſubſtantia q̃uis uarias ſuſcipiat qualitates & formas:tñ nũq̃ ipſa mutatˀ. Ergo ne pietas ſit uicta.Ne igitˀ pietas iqt uioletˀ: nolite aias e corpibus cũ ꝑturbatõe quadã expellere ea interficiendo. Parcite exturbare.Nolite expellere: Cognatas aias:cognatoꝝ uiroꝝ aias. Et qm̃ magno feror æquore:in ꝓfundiſſima uerſor qõne.Cuncta aũt eſſe in cõtinuo fluxu ait: Quod pſtet:qđ permaneat a mutationeq; ſit alienũ. Vagans.Fluxa mutabilis. Ipſa quoq; aſſiduo:exẽplo tps colligit pythagoras oia eſſe in cõtinuo fluxu.Et iubat hoc nitidũ.Hũc ſolis ſplẽdorẽ. Media qete:media nocte.Aliũ ãt cæli eſſe colorẽ in media nocte colligit: aliũ in crepuſculo:qñ lucifer lucere deſinit: Primꝰ uero pythagoras:ut ſcribit Diogenes:eandẽ ſtellã luciferꝝ heſpumq; appellauit. Inficit:tingit colore rubicundo. Pallantis aurora pallantis gigãtis filia. Ipſe dei clypeus.ipſe ſolis orbis. Solem autem eundem non manere colligit.

Aiæ immortalitas

Euphorbus i pythagorã

A cãrnibus hortes abſtinendũ

Oia i cõtinuo eẽ motu

Nube uehi:ualidiq; humeris inſiſtere atlantis
Pallanteſq; homines paſſim ac rationis egentes
Deſpectare ꝑcul:trepidoſq; obituq; timentes
Sic exhortari:fortemq; euoluere fati.
O genus attonitũ gelidæ formidine mortis
Quid ſtyga:qđ tenebras & noia uana timetis
Materiam uatum falſiq; pericula mundi:
Corpora ſiue rogus flãma,ſeu tabe uetuſtas
Abſtulerit:mala poſſe pati non ulla putetis
Morte carent animæ:ſemperq; priore relicta
Sede nouis domibus uiuunt hitantq; receptæ
Ipſe ego:nã memini:troiani tempore belli
Panthoides euphorbꝰ erã: cui pectore quõdã
Hæſit in aduerſo grauis haſta minoris atridæ.
Cognoui clypeum leuæ geſtamina noſtræ:
Nuper abanteis templo iunonis in argis.
Omnia mutantur,nihil interit,errat:& illinc
Huc uenit,hic illuc:& quoſlibet occupat artus
Spiritus:eq; feris humana in corpora tranſit:
Inq; feras noſter:nec tempore deperit ullo.
Vtq; nouis facilis ſignatur cera figuris:
Nec manet ut fuerat:nec formã ſeruat eandem
Sed tñ ipſa eadẽ eſt:aiam ſic ſemper eandem:
Eſſe:ſed in uarias doceo migrare figuras.
Ergo ne pietas ſit uicta cupidine uentris:
Parcite uaticinor cognatas cæde nefanda
Exturbare animas:ne ſanguine ſanguis alatur.
Et qm̃ magno feror æquore:plenaq; uentis
Vela dedi:nihil eſt toto quod perſtet in orbe.
Cuncta fluunt:oĩſq; uagãs formatur imago.
Ipſa quoq; aſſiduo labuntur tempora motu:
Nõ ſecus ac flumẽ.neq; eni conſiſtere flumen:
Nec leuis hora põt:ſed ut unda ipellitur unda:
Vrgeturq; eadem ueniẽns:urgetq; priorem
Tẽpora ſic fugiunt pariter:pariterq; ſequuntur
Et noua ſũt ſemper,nã qđ fuit ante relictũ eſt:
Fitq; qđ haud fuerat:mometaq; cũcta nouantˀ
Cernis & emenſas in lucem tendere noctes:
Et iubar hoc nitidum nigræ ſuccedere nocti:
Nec color eſt idem cæli:cum laſſa quiete
Cuncta iacent media:cumq; albo lucifer exit

In ſũmo.in cæli ſũmitate. Nocturnæ dianæ.Lunæ:q̃ ſp aut creſcit aut decreſcit:nec unq̃ i eodẽ pmanet ſtatu. Si cõtrahit orbẽ.ſi circulũ abbreuiat.hoc ẽ.ſi decreſcit.Luna.n.ſi creſcit:hodie minor eſt q̃ ſit futura cras. Sin decreſcit:hodie maior ẽ q̃ ſit cras futura. In ſpecies quatuor.Partes uer æſtatẽ.autũnũ.hiemẽ.q̃ quidẽ ſibi inuicẽ cedunt. Aetatis nr̃æ.Annum ætates hoís referre ſcribit.Nã ut quatuor ſũt anni ꝑtes: ita ex pythagoræ ſnĩa:quatuor ſũt hoís ætates.pueritia q̃ uiginti annos íplet. Adoleſcẽtia uiginti.iuuenta uiginti.Senectꝰ uigti pueritiaí aũt ueri ſimilis uŕ. Adoleſcẽtia æſtati.iuuẽta autũno. Senectus hyemi. Nã tener.uer.puericiæ.eſtatẽ iuuentæ autũnũ primæ ſenectuti hyemẽ decrepitati eſſe ait. Roboris expars.Firmitate carens Turget.tũeſcit ſuccoꝝ copia. Inſolida.infirma. Et ſpe dele.agre.Agricolas.ſperant.n. ſe fruges oís generis collecturos. Almus ager.ab alendo almus dŕ ager qđ hoíes ſuis fructibus alat. Ludit.ludere uideť & luxuriare. Neq; adhuc uirtus in frõdibus ulla ẽ.teneliæ nãq; tpe ueris ſunt frondes ut pueroꝝ corpa ſine ullo robore & firmitate

Tranſit in æſtatẽ:ueri ſuccedit æſtas. Robuſtior annus.ps anni robuſtior. Fitq; ualẽs iuuẽis.Valenti fortiq; ac robuſto iuueni fit ſimilis. Nec ube. Fœcũdior. Ardeat.ferueat uariis cupiditatibus. Excipit autũ.Aeſtatem ſubſequiť autumnus qui uiridi primæq; ſenectuti ſimilis uŕ. Sparſus quoq;

Quuatuor anni partes tpa canis.Tpa canis capillis ſparſa hñs.nã tpa pria caneſcere incipiunt. Senilis hyems.ſenectus hyemi ſimilis. Alba capil.canos hñs capillos. Eſt.n. ſinegdoche poetica ẽt puris nota. Noſtra quoq; ipſoꝝ.nr̃a ẽt corpora in cõtinuo eſſe fluxu colligit

Actates! tes quatuor pythagoras. Vertũť:mutať. Fuit illa di.Illud fuit tp̃s quo ſemina tm̃ quæ ſpmata a græcis dñr fuimus Semen uero eſſe pythagoras ad gñatõem hominis ſemen maris:ac fœíe cõuenire:a quo quidẽ ariſtoteles diſſẽtit:ſoliuſq; maris ſperma eſſe:idq; in utero mulieris foueri ait. Speſq; hoium prio. Primũ inquit ſpes hoium fuimus.Ex ſpmate nãq; in uteꝝ mulieris ꝓiecto hoíes natum iri ſperantur.

Aluo.Vtero.aluus nãq; eſt p quã defluũt ſordes Vterus ãt in quo mulieres cõcipiũt:qui & loci a doctis ſcriptoribus appellanť ab impito aũt uulgo matrix uocať.cũ matrix ſit fœía fœtus gratia compata Columella de gallis loq̃ns.nam & octies anno pullos educat:ſi eſt bõa matrix. Admouit.adhibuit.

Sperma i hoíem Primũ namq; embrya efficit: quos embriões impiti medici uocãt. Et angi.Suffocari. Diſtentæ matris.grauidæ uẽtrẽq; diſtentũ:ac repletum habẽtis

Et domo.ex utero. Mox quadrupedes. Manibus namq; ac pedibus infantes repũt more brutoꝝ. Aliquo co.aliq̃re:q̃ niti poſſint. Emeritis. exhauſtis.ꝑteritis. Labiť decliue: Aſſidue tanq̃ fluuius per loca decliuia currit. Occiduæ ſe.ad ſenectam: quæ facile occidit ac moriť. Subruit. euertit. Demolitur:deſtruit. Fletq; milõ.athleta fuit crotoniata tantis uiribus: ut uno ictu undæ dextræ taurum interfeciſſe tradatur .humeriſque per ſtadium ſine fatigatione patraſſe. Solidarum morte feraꝝ:robuſtaꝝ:alludit autem ad id qđ dixi milonem crotoniatã tm̃ corpis uiribus ualuiſſe

Clarus e quo rurſuſq; alius cũ præuia lucis
Tradendum phœbo pallantias inficit orbem,
Ipſe dei clypeus terra cum tollitur ima
Mane rubet:terraq; rubet cum conditur ima,
Candidus in ſũmo eſt.melior natura q; illic
Aetheris eſt:terræq; ꝓcul contagia fugit:
Nec par aut eadem nocturnæ forma dianæ
Eſſe poteſt uſq;:ſemperq; hodierna ſequente
Si creſcit minor eſt:maior ſi contrahit orbem.
Quid:nõ in ſpecies ſecedere quattuor annum
Aſpicis ætatis peragentem imitamina noſtræ:
Nã tener & lactens pueriq; ſimillimus æuo
Vere nouo ẽ:tunc herba uirẽs & roboris exꝑs
Turget:& inſolida eſt:& ſpe delectat agreſtes.
Omnia tum florent:floꝝq; coloribus almus
Ludit ager.neq; adhuc uirtus in frõdibus ulla ẽ
Tranſit in æſtatem poſt uer robuſtior annus:
Fitq; ualens iuuenis.neq; .n.robuſtior ætas
Vlla.nec uberior:nec quæ magis ardeat ulla ẽ.
Excipit autumnus poſito feruore iuuentæ
Maturus mitiſq; inter iuuenemq; ſenemq;
Temperie medius.ſparſus quoq; tpa canis.
Inde ſenilis hyems tremulo uenit horrida paſſu
Aut ſpoliata ſuos:aut quos habet alba capillos
Noſtra quoq; ipſoꝝ ſemper: requieq; ſine ulla
Corpora uertuntur.nec qđ fuimuſue ſumuſue
Cras erimus. fuit illa dies: qua ſemina tantum.
Speſq; hoíum prio matriſq; habitauimus aluo.
Artifices natura manus admouit:& angi
Corpora uiſceribus diſtentæ condita matris
Noluit:eq; domo uacuas emiſit in auras:
Editus in lucem iacuit ſine uiribus infans.
Mox quadrupes:rituq; tulit ſua membra feraꝝ
Paulatimq; tremens:& nondum poplite firmo
Conſtitit:adiutiſq; aliquo conamine neruis.
Inde ualens uelox q; furit ſpatiumq; iuuente
Tranſit:& emeritis medii quoq; temporis ãnis
Labitur occiduæ pariter decliue ſenectæ
Subruit hæc:æui demoliturq; prioꝝis.
Robora:fletq; milon ſenior: cũ ſpectat inanes

uttaug uno dextræ ictu iterimeret. Fere āt i exēplaribus more ꝓ morte corrupte legit. Fluidos.flacidos. niribus ac toris uacuos. Tyndaris.Helena q̄ bis ob pulchritudinē rapta fuit.primū a Theſeo. Deinde a pa/ ride. bñ igitur helena turpis ac deformis ſenectute effecta mirat cur bis fuerit rapta. Tp̄s edax reꝝ apoſtro/ phe ad tp̄s graui philoſopho maxīe cōueniens. Dētibus æui.multitudine annoꝝ.Siqdē anni dentes æui di cuntur:qbus oīa rhodi uident.Alludit aūt pythagoras ad dētes rotaꝝ qbus hore mēſurant i horologiis. Lē ta morte.lente ac tarde ueniēti. Hæc quoq; nō pſtāt.elementa quoq; in cōtinuo fluxu eſſe oñdit.Sūt aūt qua tuor quoꝝ duo tellus & aqua ſūt grauia. Duo aer & ignis leuia. Genitalia corpa:quatuor elemen/ ta:ex qbus oia generant. Nulloq; p̄ment pondere ſubaudiatur. Fiūt.gñantur. Ex ipſis quatuor ele mentis. Et in ipſa cadūt.in ipſa reſoluunt. nā ele/ menta dicuntur ex quibus oia cōſtant & in q̄ ultīa reſoluunt. Reſoluatq; tellus. elementa alteꝝ in aliud tranſire probat.nā & terrra in aquā & aqua in aerem & aer in ignem:& cōtra ignis in aerem.aer i aquam:in terram cōuertuntur. Tenuiſſimus.pu riſſimus. Supos ignes.ætherem:qui oīum elemē/ toꝝ ſupræmus eſt. Retexitur.reſoluit. Tellus glomerata cogitur unda.hoc eſt. Aqua tranſit in terram. Glomerata unda.ex aqua cōdenſa aqua Nec pit in tanto. q̄ namq; perire uident in quatu/ or elementa:uel ut Ariſto.ſenſit: in primam mate/ riam reſoluuntur. Mihi credite.hoc ſibi credi po ſtulat pythagoras:quia uulgo paꝝ uiriſimile uide tur. Naſciq; uocat:quid naſci:quidq; mori ſit ele gāter deſcribit.Naſci.n.aliquid dr:cum aliud:q̄ qd fuit ante:incipit eſſe.mori uero cum id deſinit eſſe: quod ante fuit. Cum ſint hoc forſitan illa. Cor/ ruptiōem unius alterius generatōem eſſe ait. eaq; quæ perire uident: in alia conuerti. Huc. in hoc corpus. Illuc in illud corpus. Sūma tamen oīa conſtant.in ſumma:inquit oīa eadem permanent. Nam uel in quattuor elementa ſecūdum pythago ram:uel i primam materiam ex Ariſtotelis ſnia oīa reſoluuntur. Sub imagine eadem: ſub eadem fi/ gura. Sic ad ferrum. Ad ferream ætatem. Ab auro.ab ætate aurea.Eſt aūt apoſtrophe ad ſæcula.

Quattuor elemēta

Naſci Mori

Verſa eſt.mutata eſt.Hinc aūt colligit id qd toti ens ait ariſtoteles corruptionem unius alterius eē generationem:Vidi ego qd fuerat.id multis exem plis colligi pōt.nam ubi nunc eſt fretum ſiculū ubi fuit terra & quidem ſolidiſſima.Vt.n.plini⁹ narrat Sicilia italiæ olim fuit auulſa.Cyprus ſyriæ Eubo/ ea bœtiæ. Euboe abantis & Macris: tametſi i pli nio fere legatur corrupte.Atlantem & macriā.Bel bicum Bithyniæ. Leucoſi i ſirenum ꝓmontorio.

Terra in mare

Vidi facta ex æquore terras.Nā p̄terq̄ qd nouæ inſulæ in mari naſcunt: tota ægyptus olim mare fuiſſe narrat.Hybanda p̄terea quondam inſula io niæ ducentis nunc a mari abeſt ſtadiis. Et ꝓcul a pelago.Etiam non in montibus & quidem altiſ/ ſimis conchæ marinæ reperiuntur:ex quo colligi tur illic mare aliqñ fuiſſe. Et eluuie.Diluuio.Pa ludoſa terra ſubaudiatur Ex paludibus autem eti am nunc fertiliſſima agri fiūt.id quod de pontinis paludibus etiam horatius i arte poetica ſcribit. de bemur morti nos noſtraque:ſiue receptus terra ne ptunus claſſes aquilonibus arcet Regis opus ſteri liſq; diu palus aptaque remis Vicinas urbes alit & graue ſentit aratrum.

Mare in terram

Illos qui fuerant ſolidarum morte ferarum
Herculeis ſimiles:fluidos pendere lacertos.
Flet quoq;:ut in ſpeculum rugas cōſpexit aīles:
Tyndaris:& ſecum:cur ſit bis rapta:requirit.
Tempus edax reꝝ:tuq; inuidioſa uetuſtas:
Omnia deſtruitis:uitiataq; dentibus æui
Paulatim lenta cōſumitis omnia morte.
Hæc quoq; nō perſtāt:q̄ nos elemēta uocāus
Quaſq; uices pagant aīos adhibere:docebo.
Quattuor æternus genitalia corpora mūdus
Continet:ex illis duo ſunt oneroſa:ſuoq;
Pondere inferius tellus atq; unda feruntur.
Et totidem grauitate carent: nulloq; premente
Alta petunt aer atq; aere purior ignis:
Quæ q̄q̄ ſpatio diſtant:tamē omnia fiunt
Ex ipſis:& in ipſa cadunt:reſolutaq; tellus
In liquidas rareſcit aquas.tenuatur i auras]
Aeraq; hūor abit.dēpto quoq; pōdere rurſus
In ſuperos aer tenuiſſimus emicat ignes.
Inde retro redeunt.idemq; retexitur ordo
Ignis enim denſum ſpiſſatus in aera tranſit.
Hic in aquas tellus glomerata cogitur unda.
Nec ſpecies ſua cuiq; manet:reꝝq; nouatrix.
Ex aliis alias reddit natura figuras:
Nec perit i tanto quicq̄:mihi credite mundo.
Sed uariat:faciemq; nouat:naſciq; uocatur
Incipere eſſe aliud:q̄ quod fuit ante:moriq;
Deſinere illud idem:cum ſint huc forſitan illa:
Hæc tranſlata illuc.ſumma tamen oīa conſtant
Nil equidem durare diu ſub imagine eadem
Crediderim.ſic ad ferrum ueniſtis ab auro
Sæcula. ſic totiens uerſa eſt fortuna locorum.
Vidi ego:quod fuerat quōdā ſolidiſſima tellus
Eſſe fretum.uidi factas ex æquore terras.
Et procul a pelago conchæ iacuere marinæ.
Et uetus inuēta ē i montibus anchora ſummis
Quodq; fuit campus:uallem decurſus aquaꝝ
Fecit:& eluuie mons eſt deductus in æquor:
Eque paludoſa ſiccis humus aret harenis:

Quæq; ſiti tulerant.Quæ ſicca fuerant loca:a paludibus ſũt occupata. Stagnata. ſtagna facta. Hument. humeſcũt humida facta ſunt. Hic fontes nouos:Fontes noui ſæpenumero oriũtur maximeq; ubi ſiluæ ſuc ciduntur.ut plinius ſcribit:Interdum ẽt areſcunt. Tremoribus orbis. terræ motibus Nam ut refert plinius. uarie quatitur terra:& mira eduntur opera alibi ꝓſtratis mœnibus.alibi hiatu ꝓfundo hauſtis alibi geſtis mo libus.alibi emiſſis amnibus nonnunq̃ ẽt ignibus calidiſue.fontibus.alibi auerſo fluminũ curſu. Excæcata. occultata. Sic ubi terreno lycus eſt.Variis probat exemplis multa flumina mõ oriri mõ occultati.lycus autẽ

Quæq; ſiti tulerãt:ſtagnata paludibus humẽt:
Hic fontes natura nouos emiſit.at illic
Clauſit & antiquis tã multa tremoribus orbis
Flumina proſiliunt aut excecata reſidunt.
Sic ubi terreno lycus eſt epotus hiatu
Exiſtit procul hinc:alioq; renaſcitur ore
Sic modo cũ bibitur:tecto mõ gurgite lapſus
Redditur argolicis ingens eraſinus in agris
Et myſum capitiſq; ſui ripæq; prioris
Pœnituiſſe ferunt.alia nũc ire caycum.
Nec non ſicanias uoluens amaſenus harenas
Nunc fluit.interdũ ſuppreſſis fontibus aret.
Ante bibebatur:nunc quas contingere nolis:
Fundit anigrus aquas:poſtq̃ niſi uatibus oĩs
Eripienda fides illic lauere bimembres.
Vulnera clauigeri quæ fecerat herculis arcus.
Quid:nũ & ſcythicis hypanis de mõtibus ort⁹
Qui fuerat dulcis ſalibus uitiatur amaris:
Fluctibus ambitæ fuerant antiſſa pharoſq;
Et phœniſſa tyros:quaꝝ nunc inſula nulla eſt:
Leucada continuam ueteres habuere coloni
Nunc freta circũ eunt. zãcle quoq; iũcta fuiſſe.
Dicitur italiæ:donec confinia pontus
Abſtulit & media tellurem reppulit unda.
Si quæris helicen & buran achaides urbes:
Inuenias ſub aquis: & adhuc oſtendere nautæ
Inclinata ſolent cum mœnibus oppida merſis.

fluuius eſt aſiæ e cadmo monte fluẽs: qui ut Hero-
dotus ſcribit iuxta coloſſas phrygiæ oppidum ter-
ræ hiatum ſubiens occulitur:deinde q̃nq; fere poſt
ſtadia emergens illabitur & ipſe in Mæandꝝ.Hæc
Lycus aũt & plinius ſcribit.Subeunt inq̃t terras : rurſuſq;
flu. redduntur:Lycus in aſia.Eraſinus in argolica. Ty-
gris in Meſſopotamia.ſed duo item alii ſunt fluuii
hoc noie.Alter ex arcadia in littus burræ labit̃. al-
Eraſi- ter apud eretrios exiſtit. Sic mõ cum bibitur Era
nus flu. ſinus fluuius eſt arcadiæ qui ut ſcribit herodotus a
ſtymphalide palude oritur:ac nunc quidem in ar-
golico agro exit cum antea exitum non haberet&
myſum.Caicus fluuius eſt Myſiæ:qui alueum pri
Caycus ſtinum mutauit. Nec non ſicanias.Amaſenus flu-
flu. uius eſt Siciliæ:q æſtate fere exiccatur. Ante bibe-
Amaſe- batur anigrus qui & aniger dr̃ fluuius eſt græciæ:
nus flu. qui e dulci factus eſt amarus:poſtq̃ in eo ſelauerũt
centauri ab hercule uulnerati:q̃uis alii tradant me
lampodem:ut prœtidas ab iſania purgaret:illis ad
Anigr⁹ expiatõem aquis uſũ fuiſſe pp quod ex dulcibus
amaras fuiſſe effectas.Piſces ẽt gignit peſſimi ſapo
ris.Hic aũt fluuius antea minyæus appellabat̃ : cu-
Hypan⁹ ius aquæ irrigatio maculas albas & impetigines ſa
flu. nat.qua ex cauſa Alpheum quoq; quod alphos id
eſt maculas curet:nomen ſotitum eſſe litteris pro-
ditum eſt. Quid non & ſcythicis.Hypanis fluui
Inſulæ i us eſt ſcythiæ ex magna palude profluens circum
cõtinẽtẽ quam ut ſcribit herodotus:paſcunt̃ equi ſilueſtres
Et conti candidi.Is quinq; fere dieꝝ nauigatione anguſtus
nenti in & dulcis fuit.Sed mox quattuor a mari dieꝝ naui
ſule gatione ſane q̃ amarus:pp amaꝝ qui in eum in-
Helice fluit fontem.Eſt aũt hic fons in finibus ſcytharum
Bura aratoꝝ & Halizonum eodem nomine quo locus:
unde emanat ſcythica lingua. Exampeus. id eſt
ſacræ uiæ.Fluctibus ambitæ. Ex inſulis continen-
tem fieri:ac ex continente inſulas exemplis colligit
pythagoras . Nam antiſſa cum antea per ſe inſula

eſſet cum urbe eiuſdem nominis nũc leſbo: ut pli.ſcribit eſt adiuncta. Pharos quoq; inſula olim fuit Aegy-pto adiacens nunc autem cõtinens eſt facta:q̃ turrim in ꝓmõtorio habebat multis tabulatis excelſã:& albo la-pide mirifice ſtructã eodem noie:quo inſula:quã q̃dam ſoſtratus Cynidius regnum amicus ꝓ nauigantiũ ſalu te:ut refert Strabo extruxit. Tyros uero urbs eſt phœniciæ q̃ Alexandri magni tpibus inſula fuit.Nã agge re ab ipſo continenti fuit coniũcta.dũ illam obſideret.Leucada continuam.Leucas urbs eſt : q̃ olim epiro fuit coniuncta.Leucadem autem uocauerunt:ut Strabo opinatur a leucate ſumpto uocabulo.eſt autem albicanti co lore petra in pelagus proiecta.atq; cephalleniæ & leucadi adiacens:in qua eſt Apollinis leucatæ phanum. urbẽ autem poſuit pro inſula Ouidius.Nam ſi referenti plinio credimus:leucadia pleniſula eſt iuxta ſinum ambraciũ quondam Neritis appellata accolarum opere abſciſſa a continenti:ac reddita uentorum flatu congeriem hare-næ accumulantium oppidum autem in ea leucas quondam neritum dictum.Zancle quoq;.zancle urbs eſt Sici liæ:quæ nũc meſſana dicitur:olim Italiæ adiũcta.Eam:ut Strabo refert condiere Meſſenii q peloponeſum habi-tant:a q̃bus & nomen accipit.nam pri⁹ a curuitate locoꝝ zancle fuit uocata.nam curua zanclia uocabant naxii: qui illam pri⁹ ædificarũt. Si q̃ris elicen.Elice urbs fuit Achaiæ in qua caliſto nata fuit dr̃.Vnde ſæpenumero ꝓ maiori ponit̃ urſa.Buris item q̃ & bura dicitur urbs fuit Achaiæ cuius ut elices in ſinu corinthio:ut ſcribit plini⁹ etiam nũ ueſtigia apparent.A mari namq; fuerũt ſubmerſe.

Eſt ,ppe pittheiam.Pitthei Aetræ patris patriam.Nam troezen urbs eſt peloponneſi a Traozene pelopis filio dicta:quæ & aphrodiaſias:& ſaronia & poſidonias & Apollonias & Anthanis fuit appellata.Planiciem autem in montes conuerti:& contra montes in planiciem tranſire colligit Pythagoras.Eam autem huiuſmodi mutationis cauſam aſſignat.quam & ariſtoteles in Meteoris affert.Ventos enim ſubterraneos neq; exitum habentes in cauſa eſſe ait:ut plana interdum montes efficiantur. Res horrenda.Admiranda.eſt ãt acclamatio.Vis fera.uiolẽtia terribilis. Cæcis.occultis. Aliqua.uia. Luctata.conata. Flatibus.flaminibus. Aut direpta bicornis terga capri. periphraſis eſt utꝝ. Plurima cum ſubeant.In mentem ueniant. Super.inſup. Medio tua corniger hammō Iupiter ſub figura arietis ĩ libya hac de cauſa colitur.Quod cum liber pater per libyæ deſerta exercitum ducens ſiti laboraret.patrem rogauit:ut ſibi auxilio eſſet:cui repente aries occurrit.quem ſecutus limpidiſſimum fontem inuenit.In tantæ autem rei memoriã & templum magnificentiſſimum extruxit:& inſtituit:ut iupiter ſub figura arietis coleretur. fons uero ille:ut ſcribit plinius:interdiu frigidus noctibus feruet Admotis.athamantis aquis.In dodōe ſcribit plinius:ouis fons cum ſit gelidus & immerſas faces extinguat:ſi extinctæ admouentur accendit.idem meridie ſemp deficit:qua de cauſa anapauomenon uocant.Mox increſcens ad medium noctis exuberat.ab eo rurſus ſenſim deficit.Quis autẽ athamantis legatur.Athamanis tamen ab Ouidio forſitan ſcriptum fuit:Nam athamania quæ & Athamanis dicitur theſſaliæ regis eſt in qua fons ille eſſe perhibetur.Hinc etiam Athamanes populi dicuntur: Eſt autem hypallage.Admotum aquis lignum intelligitur.Recreſcit decreſcit.Flumen habent cicones.huius fluminis nomen non memini me legiſſe.Plinius uero ſic ſcribit.In ciconum flumine & in piceno lacu uelino lignum deiectum lapideo cortice obducitur.Cicones aũt Thraciæ populos eẽ ſæpius iam ſcripſimꝰ. Crathis & hic ſibaris.Crathis & ſibaris fluuii ſunt calabriæ:qui capillos flauos efficiunt. Eſt etiam crathis Achaiæ fluuius iuxta Aegas labens a miſcẽdis aquis cognominatus:quod a duobus fluminibus incrementa ſuſcipiat: a quo & italicus ut Strabo & pauſanias aiunt fuit appellatus. Cui non audita eſt ſalmacis.fons eſt cariæ in quem qui ingrediuntur:effœminati egrediunt̃ cuius rei cãm in ſupioribus diximus libris. Miꝝ grauitate ſopoꝛ ẽ.piphraſis eſt lethargi. Clitorio quicunq; ſiti.clitorius fons eſt arcadiæ qui potus odiũ uini inducit. Calido uino.ex ſnĩa phyſicoꝝ calidũ eſt natura uinũ. Indigenæ.accolæ ibi geniti. Amythaone natus.Melãpus medicus qui pṫi argiuoꝝ regis filias q̃tuor putantes ſe uaccas eẽ eo furore liberauit quẽ ipſis iũo:ut ſcribit pherecydes ut alii:uenus imiſerat.qd illa ſe pulchriores eſſe iactarẽt. Prœtidas.prœti argiuoꝝ regis filias quaꝝ noĩa ſũt hæc. Mera.Euryale.Lyſippe.& iphianaſſa:quã quidẽ melãpus pte regni accepta:poſteaq̃ illas curauit:uxorẽ accepit.Huic fluit lynceſtiꝰ fluuiꝰ eſt:cuiꝰ aquã qſqs potauerit nõ mĩus ebriꝰ efficit̃ q̃ ſi ĩmodat̃ uinũ bibiſſet.hoc ẽt pli.qdẽ his uerbis affirmat.Lynceſtis aq̃ q̃ uocat̃ acidula:uini mõ tẽulẽtos fac̃ itẽ ĩ paphlagõia.& ĩ agrocalẽo.ẽ lacuſar de ſtiphalio lacu q eẽ fert̃ iuxta pheneũ cãpũ:uel de reſtagnatõe ladõis aq̃ ue fluuioꝝ:q̃ ĩ pheneo cãpo fieri cõſueſſe ſcribit̃

Eſt prope pittheiam tumulus troezẽa ſine ullis
Arduus arboribus quondam planiſſima cãpi
Area.nunc tumulus.nã res horrenda relatu:
Vis fera uentoꝝ cæcis incluſa cauernis
Expirare aliqua cupiens:luctataq; fruſtra
Liberiore frui cælo:cum carcere rima
Nulla foret toto:nec peruia flatibus eſſet:
Extantem tum fecit humum:ceu ſpiritus oris
Tendere ueſicam ſolet:aut direpta bicornis
Terga capri.tumor ille loci permanſit:& alti
Collis habet ſpeciem:longoq; induruit æuo.
Plurima cum ſubeant audita aut cognita nobis
Pauca ſuper referã.quid:nõ & lympha figuras
datq; capitq; nouas:medio tua corniger hãmõ
Vnda die gelida eſt:ortuq; obituq; caleſcit.
Admotis athamantis aquis accendere lignum
Narratur:minimos cũ luna recreſcit in orbes.
Flumen habent cicões:qd potum ſaxea reddit
Viſcera,quod tactis ĩducit marmora rebus.
Crathis & hic ſybaris ueſtris conterminus oris
Electro ſimiles faciunt auroq; capillos.
Quodq; magis miꝝ:ſũt qui nõ corpora tantũ:
Veꝝ animos etiam ualeant mutare liquores.
Cui non audita eſt obſcœnæ ſalmacis undæ:
Aethiopeſq; lacus:quos ſiquis faucibus hauſit:
Aut furit:aut patitur miꝝ grauitate ſoporem:
Clitorio quicunq; ſitim de fonte leuauit:
Vina fugit:gaudetq; metis ab ſtemius undis
Seu uis eſt ĩ aqua calido contraria uino:
Siue quod ĩdigenæ memorãt amythaõe natus
Prœtidas attonitas poſtq̃ per carmẽ & herbas
Eripuit furiis:purgamia mentis ĩ illas.
Miſit aquas:odiumq; meri permanſit ĩ undis
Hic fluit effectu diſpar lynceſtius amnis
Quẽ qcunq; paꝝ moderato gutture traxit:
Haud aliter titubat:q̃ ſi mera uina bibiſſet.
Eſt lacus arcadiæ.pheneum dixere priores.

Ex planicie montes

Mira aq̃rum natura

Crathis fl.ſibaris

Salmacis fons

Clitoriꝰ

Lyncestius fl.

Arcadie lacus

Ambiguus ſuſpectus aquis:quas nocte timeto
Nocte nocent potæ,ſine noxa luce bibuntur.
Sic alias aliaſq; lacus & flumina uires:
Concipiunt:tempuſq; fuit: quo nauit in undis,
Nūc ſedet ortygie.timuit concurſibus argo.
Vndarum ſparſas ſymplegadas eliſarum:
Quæ nunc imotæ perſtant, uentiſq; reſiſtunt.
Nec quæ ſulfureis ardet fornacibus ætna:
Ignea ſemper erit,neq; enim fuit ignea ſemper.
Nam ſiue eſt animal tellus:& uiuit:habetq;
Spiramenta locis flāmam exhalantia multis:
Spirandi mutare uias:quotienſq; mouetur
Has finire poteſt,illas aperire cauernas.
Siue leues imis uenti cohibentur inantris
Saxaq; cum ſaxis:& habentem ſemina flammæ
Materiam iactant,ea concipit ictibus ignem:
Antra relinquentur ſedatis frigida uentis:
Siue bitumineæ rapiunt incendia uires,
Lutea ue exiguis ardeſcunt ſulfura fumis:
Nēpe ubi terra cibos: alimētaq; pinguia flāmæ
Nō dabit abſumptis per lōgum uiribus æuum
Naturæq; ſuum numen deerit edaci:
Non feret illa famem deſertaq; deſeret ignes.
Eſſe uiros fama eſt in hyperborea palene,
Qui ſoleant leuibus uelari corpora plumis.
Cum tritoniacam nouies ſubiere paludem.
Haud eqdē credo:ſparſæ quoq; mēbra uenēo
Exercere artes ſcythides memorantur eaſdem.
Si qua fides rebus tamen eſt addenda pbatis:
Nonne uides quæcunq; mora fluidoq; calore
Corpora tabuerint:in parua animalia uerti.
I quoq; delectos mactatos obrue tauros
Cognita res uſu:de putri uiſcere paſſim
Florilegæ naſcuntur apes:quæ more parentum
Rura colunt:operiq; fauent:i ſpemq; laborant:
Preſſus humo bellator equus crabrōis origo ē
Concaua littoreo ſi demas brachia cancro
Cætera ſupponas terræ:de parte ſepulta
Scorpius exibit:caudaq; minabitur unca.
Quæq; ſolent canis frondes intexere filis:
Agreſtes tineæ res obſeruata colonis
Ferali mutant cum papilone figuram,

quāuis nihil de aquarū qualitate dicat.Pli.uero niſi mendū ineſt ſentire uidet̄ phineas paludes in arcadia eſſe:ex quibus ladon profluat.Arcadia āt regio eſt achaiæ mediterranea maxime a mari remota:q̄ primo Drymodis.mox pelagis fuit appellata. Sine noxa.Sine nocumento. Tempuſq; fuit quo nauis in undis.Ortygia inſula:q̄ & Delos uocatur:ut ſuperius diximus:fluitare ſolebat. Timuit cócurſibus argo.Symplegades inſulæ ſunt puæ:quæ & cyaneæ dicuntur cōtra boſborū thraciū.quæ a poetis olim cōcurriſſe finguntur:qm̄ ut inquit plinius paruo diſcretæ interuallo ex aduerſo intrātibus geminę cernebantur:paululumq; deflexa acie coeuntium ſpeciem prebebāt. Vndarū eliſarū. expreſſarū duorū ſcopulorū cōcurſu. Nec q̄ ſulfureis. cauſas aſſignat poeta cur ætna ſiciliæ mons notiſſimus ardeat.Hinc aūt ēt colligit o:a eſſe in continuo fluxu quod nec ſparſit:nec ſemp arſura eſt ætna. Tres āt affert illius incendii cauſas:Nā aut naturalis eſt ille ignis:aut a uentis incluſis excitatur aut ex ſulfure bituminiue oritur. Ictibus.iactatibus. Frigida Sine igni. Bitumineæ uires:Bitumen genus eſt picis:celerrime ignē rapiens. Eſſe uiros fama eſt pallene & urbs eſt thraciæ a pallene ſitonis filia dicta & cherroneſus:q̄ & phlegra antiquitus uocabatur:ubi giganteū bellum cōfectū fuiſſe dicit̄. Qui ſoleāt leuibus.Qui ſoleant in aues cōuerti. Cum tritoniacā paludem . tritoniaca palus in libya eſſe ſcribitur.ſed poeta de ea quaſi in ſeptētrione uidetur ſentire de qua me nihil memini alibi legiſſe.Simile de arcadibus plinius ſcribit quos i lupos uerti rurſuſq; ſibi reſtitui tā cōſtans fama fuit.ut in maledictis uerſipelles hēant̄. Scithides.ſcythicæ mulieres quæ ſe in aues: ut noſtratiū q̄dam i feles mutare dn̄r. Sparſæ. pūcte. Eaſdē artes ut ſe i aues cōuertāt. Rebus probatis.de qbus periculū eſt factum. Tabuerit.corrupta fuerit. Fluido calore. Ab effectu,qd̄ fluida & mollia corpa reddat. Obrue:Terra rege. Delectos tauros: Vitulos.nā ex uitulis:ut in georgicis ſcribit Vergilius apes naſcū tur. Vſu.expiētia. De putri uiſcere. De corrupta carne. Rura colūt.agris e floribus rorē legentes uerſantur. In ſpē.futuri & mellis & noui examis Preſſus humo bellator equis.p quē bella gerūtur. Notū crabrōes ex eqs putrefactis naſci. Littoreo cancro.i littore morāti.Hoc aūt uſu cognitū ē:ſcorpium naſci ex cācro terra obruto. Caudaq; minabitur unca.Nā ſcorpius cauda ictus inferre memoratur. Quæq; ſolent canis.Bōbices dicit.q̄ ſericū generāt.Nā ut pli.i.xi.na.hi.ſcri.bōbyces in Aſyria prouenientes nidos eluto fingunt ſalis ſpē applicatos lapidi tanta duricia ut ſpiculis pforari uix poſſint.In his & ceras largius q̄ apes faciunt:deide maiores uermiculos.hi erucæ fiūt. Fit deinde q̄ uocatur Bombylis ex ea Nicedalus.ex hoc ſex menſibus Bombyces telas araneorum more texunt ad ueſtem luxumq; fœminarū: quæ bombicina dicit̄. Res obſeruata. Animaduerſa.notata. Tineæ agreſtes.uermiculi agreſtes. Ferali papi.peſtifero ac uenenoſo. Truncas pe.Mutilatas & carentēs pedibus.

Ortygia inſula
Symplegades
Aetna mous.
Hoies i aues
Ex uitulis apes
Ex eqs crabrōeſ
Ex cācro ſcorpius
Tineæ i papilōeſ

 

Semina limus habet uirides generantia ranas:
Et generat truncas pedibus. mox apta natando
Crura dat: utq; eadē sint longis saltibus apta.
Poſterior ſuperat partes menſura priores.
Nec catulus partu: quem reddidit urſa recenti.
Sed male uiua caro eſt. lābendo mater i artus
Fingit: & informē: quantā capit ipſa reducit.
Nōne uides quos cæra tegit ſexangula fœtus
Melliferaꝝ apium ſine membris corpora naſci
Et ſeroſq; pedes: ſeraſq; aſſumere pennas:
Iunonis uolucrem: quæ cauda ſidera portat
Armigerūq; iouis: cytereidaſq; columbas.
Et genus omne auium mediis e partibus oui:
Ni ſciret fieri: quis naſci poſſe putaret:
Sūt qui cū clauſo putrefacta ē ſpia ſepulchro:
Mutari credant humanas angue medullas.
Hæc tamē ex aliis generis primordia ducunt.
Vna eſt quæ reparet: ſeq; ipſa reſeminet ale.
Aſſirii phœnica uocāt. nec fruge nec herbis.
Sed thuris lachrymis & ſucco uiuit amomi.
Hæc ubi quinq; ſuæ compleuit ſecula uitæ:
Illicis in ramis tremulæq; cacumine palmæ
Vnguibus & puro nidum ſibi conſtruit ore.
Quo ſimul ac caſias & nardi lenis ariſtas:
Quaſſaq; cū fulua ſbſtrauit cynnama myrrha:
Se ſuper imponit: finitq; in odoribus æuum
Inde ferunt totidem qui uiuere debeat annos.
Corpore de patrio paruum phœnica renaſci.
Cū dedit huic ætas uires: onerīq; ferendo eſt:
Ponderibus nidi ramos leuat arboris altæ:
Ferq; pius cunaſq; ſuas patriumq; ſepulchꝝ:
Perq; leues auras hyperionis urbe potitus
Ante fores ſacras hyperionis æde reponit.
Si tamen eſt aliquid miræ nouitatis in iſtis.
Alternare uices: & quæ modo fœmina tergo
Paſſa marē ē: nunc eſſe marē. miremur hyænā.
Id quoq; quod uentis animal nutritur & aura
Protinus aſſimulat tetigit quoſcunq; colores
Victa racemifero lyncas dedit india baccho
Equibus: ut memorāt: quicqd ueſica remiſit:
Vertitur in lapides: & congelat aera tacto:
Sic & coralium quo primum contigit auras
Tempore: dureſcit. mollis fuit herba ſub undis
Deſinet ante dies: & in alto phœbus anhelos
Aequore tinget equos: q̄ conſequar oia dictis

Nec catulus partu. Pli. hoc idē ſcribit de urſis. Pariunt inquit triceſimo die ac plurimum quinos hi ſunt candida informiſq; caro paulo muribus maior. ſine oculis. ſine pilo. ungues tantum prominēt hanc lambendo paulatim figuram. Fingit figurat. Nonne uides. Apes ſine pedibus naſcuntur unde etiam nomen traxere. primum enim uermiculi abſq; pedibus aliiſq; oriuntur. Iunonis uolucrem pauonem. Armigeꝝ iouis. Aquilam. Cythereidas columbas. ueneri dicatas Mediis e partibus oui. ex uitello oui. Sunt qui cum clauſo: de hoc plinius ſic ſcribit. Anguem ex medulla hominis ſpinæ gigni accepimus a multis. Hæc tamen ex aliis. mirandam phœnicis auis generationem deſcribit poeta: de quo & plinius. fere eadem. aquilæ autem magnitudine eſſe narratur: auri fulgore circa collum. cætera purpureus ceruleam roſeis caudam pennis diſtinguentibus criſtis faciem caputq; plumeo apice honeſtate. Peculiaris eſt arabiæ felicis. Manilius ſenator auctor eſt neminem extitiſſe qui phœnicem uiderit. Sacrum in arabia ſoli eē. uiuere annis ſexcentis ſexaginta. Seneſcentem caſia thuriſq; ſurculis conſtruere nidū. replere odoribus & ſuper emori. Ex oſſibus deinde ac medullis naſci primo ceu uermiculum. inde fieri pullum. Principioq; iuxta funeri priori reddere: & totum deferre nidum prope pancaicam in ſolis urbem: & in ara ibi deponere: Primordia: originem.

Aſyrii phœnica uocant a colore purpureo phænix uidetur appellatus Quo ſimul ac caſias. phœnicis nidum aperte ut omnia deſcribit poeta. caſia autem & nardus frutices ſuauiſſimi odoris i arabia naſcentes. Onerīq; ferēdo eſt. ſufficit nido auferendo. Sic autem dictum eſt: ut dicimus aliquem non eſſe ſoluēdo. Leuat: alleuat ac leues reddit. Hyperionis æde: templo ſolis. Si tamen eſt aliquid hyæna fera eſt de qua multa a plinio mira traduntur ſed maxime ei utramq; ineſſe naturam & alternis annis marem fœminamq; fieri. & ut ſcribit. plinius parere ſine mare uulgus credit. Ariſtoteles negat. collum & iuba continuitate ſpinæ porrigitur: flectiq; niſi circunactu totius corporis nequit. Alternare. alternis annis mutare. Id quoq; quod uentis chameleontem dicit: qui ut pli. tradit ſolus animalium nec cibo nec potu p aliter: nec alio q̄ aeris alimento circa caprificos ferus inoxius alioqui: & coloris natura mirabilior. Mutat namq; eum ſubide & oculis & cauda & toto corpore: redditq; ſemper quem cumq; proxime attingit præter rubrum cādidumq; de functo pallor eſt. Victa racemifero. Lyncurium gemma eſt quæ maxima hyneum dicitur generari Vnde etiam nomen fuit impoſitum. Lyncurium. n. dicit̄ quod fit urina Lyncis οὖρον nāq; Vrinam ſignificat. Quicquid ueſicca remiſit. ois urina lyncum ſic & coralium. In aquis molle eſt coralium. extra uero aquas dureſcit: ut ſupius quoq; poeta narrauit. q̄ cōſequar oia dictus: q̄ uerbis oia explicare poſſi. Sic oia uerti cernius: oia eē i cōtiuo

Limus i ranas
Caro in urſum
Apes ſine pedibus
Aues ex oui medio anguis ex hois ſpina
Phœnix ex ſeipo
Hyenā mō marem mō fœminā eſſe
Mira chamæleontis natura
Lyncurium ex Lyncū urina
Coraliū ex molli durum
Oīum reꝝ uiciſſitudinem eē

fluxu ex urbium quoq; ac populoꝝ excidiis ac feli
citatibus pythagoras colligit. Clara fuit ſparte.
ſparta laconica dicitur regio a ſpartis cadmi ſociis
cognominata.ſed plerunq; pro urbe ponitur. My
cænæ.urbs eſt peloponneſi notiſſima a Mycenæo
Spartonis filio Phoronei fratris dicta. Oedipodi
**Troia** oniæ thebæ.Vbi œdipus regnauit: ut Pandioniæ
athenæ ubi Pandion. Necnon & cecropis.Athæ
næ quaſum auctor fuit cecrops. Amphionis ar
**Sparta** ces.Thebæ ab amphione amplificatæ. Nũc quo
**Mycæ/** que dardaniam.Exemplo urbis Romæ:quæ tum
**næ** maxime creſcebat:oia eſſe in cõtinuo motu pytha
**Athenæ** goras oſtendit. Dardaniã romam.a troianis ædi
**Thebæ** ficatã. Apennigenæ thybridis.in Apennino mõ
te orientis.Thybrim autem præter urbem Romã
labi notius eſt q̃ ut ſit exponendum. Vates.ſibyl
**Roma** las. Sortes uaticinas.fata canentes atq; prædicẽ
centes. Res troiana.imperium troianum. La
baret.Vacillaret.periclitaretur. Priamides hele
nus.priami filius.fuit autem uates optimus: ut ex
carmine quoq; Vergiliano conſtat. Debere urbẽ.
urbi ædificandæ ita uolentibus fatis obnoxios eẽ.
Pulchra autem phantaſia refert in helenum poeta
quæ iã ipſe uiderat. Per ſæcula longa.per ſeptin
gentos annos:De ſanguine natus iuli.Iulius cæſar
Nam in cæſaris auguſti illius filii gratiam hæc refe
rũtur. Penatigero æneæ.penates gerenti.Penate
autem ut refert Macrobius ex Varronis ſententia
Dardanus ex ſamothracia in phrigiam.Aeneas ex
*Penates* Phrygia in Italiam detulit.Dii uero penates dicun
tur:ut uolunt qui diligentius ueritatem inquirũt:
per quos pẽitus ſpiramus.per quos habemus cor
pus.per quos rationem animi. Eos autem eſſe Io
uem.Iunonem.Mineruam. Vtiliter phrygibus.
Cum utilitate phrygum & troianorum Pelaſgos
uiciſſe.Græcos Troiam expugnaſſe. Ne tamen
oblitis.Concludit omnia in continuo eſſe fluxu:&
a carminibus omnino eſſe abſtinendum pythago
ras:cum animæ noſtræ in uaria corpora tranſeant.
Ad metam.ad finem & concluſionem.Metapho
ra ab equis currentibus ſumpta. Expatiemur eq̃s
Euagemur copiã uerborum. Animæ uolucres
Leues atq; ueloces.Animo namq; nihil eſt uoloci
**Hoiem** us. In ferinas domos.in corpora feratum. Pe
**ex aia &** cudũq; in pectora condi.ordo & ſenſus.Nos quoq;
**corpe cõ** pars mũdi ſinamus & permittamus tuta eſſe & ho
**ſtare** neſta ea corpora quæ poſſunt animas habuiſſe pa
rentum aut fratrum aut iunctorum nobis aliquo
fœdere & affinitate aut certe hominum quoniam
non corpora ſolum ueꝝ ẽt uolucres & ueloces aiæ
ſumus.hoc eſt quoniam nõ ſolum ex corpore ſed
etiam anima cõſtamus & inferas & pecudes ire poſ
ſumus.his autem oibus colligit Pythagoras nullo
modo carminibus eſſe ueſcendum

In ſpecies tranſlata nouas.ſic omnia uerti
Cernimus:atq; alias aſſumere robora gentes.
Concidere has.ſic magna fuit cenſuq; uiriſque:
Perq; decẽ potuit tm̃ dare ſanguinis annos:
Nũc humilis ueteres tantummõ troia ruinas:
Et pro diuitiis tumulos oſtendit auorum.
Clara fuit ſparte.magnæ uiguere mycænæ.
Nec non & cecropis:nec nõ amphionis arces.
Vile ſolum ſparte eſt.altæ cecidere mycænæ.
Oedipodioniæ quid ſunt niſi nomina thebæ:
Quid pandioniæ reſtant:niſi nomen athenæ:
Nũc quoq; dardaniã fama eſt cõſurgere romã
Apẽninigænæ:quæ proxia tibridis undis
Mole ſub ingenti reꝝ fundamina ponit.
Hæc igitur formam creſendo mutat:& olim.
Immenſi caput orbis erit.ſic dicere uates:
Faticinaſq; ferunt ſortes:quantumq; recordor:
Dixerat æneæ:cum res troiana labaret:
Priamides helenus flenti dubioq; ſalutis.
Nate dea:ſi nota ſatis præſagia noſtræ
Mentis habes:non tota cadet te ſopite troia.
Flamma tibi ferumq; dabunt iter.ibis:& una.
Pergama rapta feres:donec troiæq; tibiq;
Externum patrio contingat amicius aruum.
Vrbem etiã cerno phrygios debere nepotes:
Quanta nec ẽ:nec erit nec uiſa priorib9 annis.
Hanc alii proceres per ſæcula longa potentẽ:
Sed dominam rerum de ſanguine natus iuli
Efficiet:quod cum tellus erit uſa:fruentur
Aetheriæ ſedes:cælumq; erit exitus illi.
Hæc helenum ceciniſſe penatigero æneæ
Mente memor refero:cognataq; mœnia lætor
Creſcere:& utiliter phrygib9 uiciſſe pelaſgos.
Ne tamen oblitis ad metam tendere:longe
Expatiemur eq̃s:cælũ & quodcũq; ſub illo eſt
Immutat formas:telluſq; & quicquid in illa eſt:
Nos quoq; pars mundi:qm̃ non corpora ſolũ
Veꝝ etiam uolucres animæ ſumus:inq; ferinas
Poſſumus ire domos:pecudũq; i pectora cõdi
Corpora:quæ poſſunt aias habuiſſe parentum
Aut fratrum:aut aliquo iunctoꝝ fœdere nobis
Aut hoium certe:tuta eſſe & honeſta ſinamus:
Ne ue thyeſteis cumulemus uiſcera menſis.
Quam male conſueſcit.q̃ ſe parat ille cruori
Impius humano:uituli qui guttura cultro

 

Rūpit: & immotas præbet mugitibus aures.
Aut qui uagitus ſimiles puerilibus hædum
Edentem iugulare poteſt: aut alite ueſci:
Cui dedit ipſe cibos: quātū eſt quo deſit i iſtis
Ad plenū facinus: qua tranſitus inde paratur:
Bos aret: aut mortē ſenioribus imputet annis.
Horriferū cōtra boream ouis arma miniſtret.
Verba dent ſaturæ manibus preſſanda capellæ.
Retia cum pedicis laqueoſq; arteſq; doloſas
Tollite. nec uolucres uiſcata fallite uirga.
Nec formidantis ceruos includite pennis.
Nec celate cibis uncos fallacibus hamos.
Perdite ſi qua nocent. ueꝝ hæc quoq; ꝑdite tm̄.
Ora uacent epulis: alimentaq; congrua carpāt.
Talibus atq; aliis inſtructo pectore dictis
In patriam remeaſſe ferunt: ultroq; petitum
Acceptſſe numam populi latialis habenas:
Coniuge qui felix nympha: ducibuſq; cāœnis
Sacrificos docuit ritus: gentemq; feroci
Aſſuetam bello pacis traduxit ad artes.
Qui poſtq̄ ſenior regnumq; æuumq; peregit:
Extinctum latiæq; nurus populuſq; patreſq;
Defleuere num㎝. nā coniunx urbe relicta
Vallis aricinæ denſis latet abdita ſiluis:
Sacraq; oreſteæ gemitu queſtuq; dianæ
Impedit. ah quoties nymphæ nemoriſq; lacuſq;
Ne faceret monuere. & conſolantia uerba

Neue Thyeſtæis. Nota ē fabula. Nam atreus & thyeſtes pelopis & Hippodamiæ filii opa mercurii ægre ferētis Mirtilum filiū a pelope ipſo fuiſſe interfectū in tantā deuenere diſcordiā: ut alteri uterq; inſidias strueret cū ea cōditōe regnū a patre accepiſſent: ut alternis regnarent annis: Nā thyeſtes quo facilius arietē uelleris aurei i quo regni fata conſiſtebant: Vt ſeneca in Thyeſte tragœdia narrat ſibi uſurpare poſſet: Meropen Atrei Vxorē cōpreſſit ex eaq; filios ſuſcepit. Quod cū atreus reſciuiſſet bello illū mycenis in exiliū eiecit. quo quidē non contentus ſimulata gratia fratrem ad ſe reuocauit: treſq; eius filios decoctos ſic appoſuit comedendos: ut ſanguinē quoq; poculis immiſcuiſſe feratur. Hoc uero nefandiſſimum ſcelus ne ſol uideret: alio radios auertiſſe memoratur. Menſis. cibis continens enim pro contento per metonymiam frequentiſſime poni conſueuit. Cumulemus. Vſque ad cumulum repleamus. Viſcera. inteſtina. Quam male cōſueſcit. eum qui poſſit pati ut interficiat uitulum aut hædum aut auem facile aſſueſcere ait necandis hominibus. Eſt autem exclamatio qua pythagoras ab interficiendis animalibus manſuetis homines deterrere cōnatur. Cruori humano. ſanguini humano effundēdos. Immotas aures. Nulla miſericordia motas. Edentem hædum. emittē:em uagitus ſimiles uagitibus puerorum. Aut alite ueſci: Aut auem comœdere. Quantum eſt: ac ſi diceret minimum. Ad plenum facinus. ad plenū homicidium. Qua tranſitus. ad quid ac ſi diceret ad hominum cædem. Inde ex immolatione brutorum animalium. Bos aret. Cum magna auctoritate hæc a pythagora dicuntur. Imperat enim ut bos arare permittatur ſic ut nulla alia ui q̄ ſenectute moriatur. Horriferum contra boream. Ouis inquit lanas nobis ſuggerat contra frigora. Arma namque quibus boreæ frigidiſſimo uento reſiſtitur ſunt ueſtes ex Ouium lanis confectæ.

Egeria nympha in fōtem

Horriferum boream. Horrorem & frigus ferentem. Vbera preſſanda. exprimenda. Cum pedicis. pedicæ ſunt uincula pedū. Vt manicæ manium. Tollite. Remouere. auferte. abiicite. Viſcata. uiſco infecta. Nec formidatiſ pennis: ſic quidem legitur. Sed formidatis forſitan eſt legendum. ut ceruorum ſit epitheton qui natura uel Homeri teſtimonio timidiſſimi ſunt. penniſ ſagittis a parte nanq; totum per ſynegdochem frequenter ſignificatur. Celate. occultate. Perdite. interficite. Si qua nocent. noxia animalia perdēda quidem eſſe pythagoras ait: ſedita ne eoꝝ carnibus ueſcamur. Ora uacēt epulis. Careāt eiuſmodi epulis. Congrua. hoi conuenienti a Dictis. pithagoræ præceptis. Inſtructo pectore. Inſtituto animo. Eorum autem opinionem ſequitur Ouidius ut diximus: qui ſentiunt numam a pythagora fuiſſe inſtitutum. Remeaſſe. Rediiſſe. Vltroq; petitū Quæſitum ſponteq; a Romanis inuitatū: ut copioſe Liuius narrat. Latialis. latini atq; Romani: nā Roma latii eſt caput

Coniuge qui felix nympha. Egeria nympha numæ pompilii fuit uxor: quæ poſt uiri interitū urbe relicta i ſiluas abiit ut tādem inferatione deorum in fontem fingitur conuerſa. Cum illa uero nympha congreſſus nocturnos ſibi eſſe Numa ſimulauit: eiuſq; monitu ſe quæ acceptiſſima diis eſſent ſacra cōſtituere populo romano perſuaſit: ut copioſe. T. Liuius deſcribit. Ducibuſq; camœnis: auctoribus muſis. Nam omnia quæcunq; Numa ſtatuebat ad Egeriæ nymphæ & camœnarum auctoritatem referebat: quibus etiam lucum quē medium ut Liuius narrat ex opaco ſpecu fons perenni rigabat aqua conſecrauit: quod deaꝝ ſibi conſilia cū coniuge ſua egeria eſſent. Sacrificos ritus: ſacrificioꝝ leges. Nā ſua cuiq; deo ſacra ſacerdoteſq; inſtituit: ut elegāter Liuius ſcribit. Ad arces pacis: ad deoꝝ religiōem: & iura & leges & mores colēdos: Numa. n. urbem Romā ui & armis a romulo conditā: iure legibus ac moribus deītegro cōdidit. Qui poſtq̄ ſenior: Numa cum tres & quadraginta regnaſſet ānos periit: Peregit: perfecit ac finiuit. Vallis aricinæ: Aricia urbs ē latii haud lōge ab urbe Roma diſtans. Vnde Aricinus declinatur. Oreſteæ dianæ. Quam oreſtes una cū iphigenia ſoro

re de Taurica regione in italiā tranſtulit:ac iuxta ariciā collocauit. Nā oreſtes poſt interfectā matrem in furorem conuerſus a pylade ſocio ad dianā Tauricā liberādus deductus eſt:cui cū hoſpites mactarent᷑:a ſorore iphigenia quæ deæ ſacerdos erat:cognitus ſaluat᷑. Ac thoāte rege interfecto dianæ ſimulacꝝ aufugiētes abſtulerūt iuxtaq; ariciā collocarūt. Tā&ſi Pauſanias ſpartā allatū fuiſſe ſimulacꝝ illud cōtendit. Ne faceret. ne flere pgeret. Theſeius heros. Hippollitus:q equoꝝ furore laceratus ꝑcibus Dianæ uitæ fuit reſtitutus:ac tēplo dianæ aricinæ ꝑfectus uirbius fuit appellatus:ſed & ipſe fata ſua ad cōſolatōem egeriæ narrat. Siſte modū. ſtatue. i. pone finē luctui. Releuare:leuē reddere:a fletu liberare. Fando iter loquendū. Aliquē hippolitū:quēdā i ſoluta orōne diceremus. Credulitate pris. Theſei. q nimiū facile credidit phedræ uxori priuignū accuſāti. Vixq; ꝓbabo. Difficulter pſuadebo. Me paſiphaeia quōdā. phædra paſiphaes filia:Theſei uxor hippolyti priuigni amore capta ab illo fuit repulſa. Quare idignata ſe ſuſpēdit libellū manutenēs:quo hippolytū accuſabat:quod ſe de coitu interpellaſſet. pater credulus & filiū iſōtem i exiliū expulit. & illi mortē eſt imꝑcatus Quā a pre neptuno facile ipetrauit: ut q pollicitus eſſet ſe tria ipſi ꝑſtituꝝ q̄cūq; poſtulaſſet. Cū igit᷑ fugeret hippolytus:ecce phocæ mari egreſſæ ita pterruerit equos quadrigaꝝ:qb⁹ uehebat᷑:ut nullo pacto potuerint inhiberi. qn p ꝑcipitia hippolytū imittētes ꝓrſus dilaniarēt. Qui tñ ſtati Dianæ ꝑcibus ope Aeſculapii uitæ fuit reſtitutus uirbiuſq; appellatus

Paſiphaeia. cū quadā uitupatiōe dixit:ac ſi phædræ obiiceret paſiphaes libidinē:q̄ amore tauri capta cū illo coire ſuſtinuit. Me fruſtra temptatū. a phædra de ſtupro fruſtra iterpellatū. Temerare. uiolare:ē aūt ordo:paſiphaes filia quōdā finxit me fruſtra tēptatū uoluiſſe temerare patriū cubile. qd ipſa uoluit. Et crimine uerſo. i me ſubaudiat᷑. Indiciine metu:altera duaꝝ cāꝝ ſe accuſatū a phædra hippolyt⁹ ait:uel qd᷑ timebat ne ipſa accuſaret᷑: uel qd᷑ repulſa fuit & ſpreta. Arguit:accuſauit. Proiecit:eiecit:expulit. Hoſtili ꝑce. ipreatōe hoſti cōueniente:nō pri. Theſeus. n. neptunū patrē ꝑcat⁹ ē. ut hyppolytus filius diſcerpet᷑. Euntis:i exilium

Pittheā troezena i qua pittheus Pelopis filius ac aetræ mris Theſei pr regnauit: Troezen āt. urbs ē pelopōneſi a Troezene pelopis filio cui pittheus i regno ſucceſſit cognomiata. Vt. n. Stephanus ſcribit:& aphrodiſias & ſaronia & poſidōias & apollōias & anthanis ātea fuit. Cū mare ſurrexit:tume factū ē. In mōtis ſpeciē:p emphaſin oñdit q̄t⁹ eēt uitulus illæ marinus:q iſtar mōtis mare extolleret

Et dare mugit⁹. Mugire. nōdū. n. uitulus ille marinus ex aqs extulerat caput. Phocæ āt ut tauri mugitus edūt. uñ & uituli nomē accepūt: Corniger hic taurus. Deinde inqt phoca ut taur⁹ cornua hñs ex ruptis undis egreſſa ē. Expellit᷑. Erūpit. cū ipetu egredit᷑. Exiliis cōtēta ſuis. Exilii ſui mœrore cōfecta. Feroces q̄drupedes:feroces eq: qb⁹ hippolyti curr⁹ trahebat᷑. Colla:capita. Ad freta cōuertūt. Ad mare pp ſtrepitū phocæ egrediētis. Horrēt. timēt. Mōſtri metu. Vituli illi⁹ marini tiore phocæ năq; adeo ſūt aſpectu turpes:ut iter mōſtra maria nūerēt᷑. Præcipitāt. in ꝑceps iaciūt. Altis ſco. p alta ſaxa.

Ego du. ua. Ego iquit fruſtra conor retrahere frēa ſpūis iſecta. Ducere. reducere. retrahere. Vana ma. iſirma. Neq;. n. equos potuit cōtiere. Luctor. Enitor. Conor. Tēdo. cōtēdo. Retro. Ducere ſubaudiam⁹ ui: retrahere

Dixerunt:quotiens flenti theſeius heros
Siſte modum dixit. nec enim fortuna querēda
Sola tua eſt:ſimiles aliorum reſpice caſus.
Mitius iſta feres. utinamq; exempla dolentem
Nō mea te poſſēt releuare:ſed & mea poſſunt
Fando aliquē hippolytū ueſtras ſi cōtigit aures
Credulitate patris. ſceleratæ fraude nouercæ
Occubuiſſe neci mirabere:uixq; probabo.
Sed tamen ille ego ſum. me paſiphaeia quondā
Temptatum fruſtra patrium temerare cubile
Quod uoluit finxit uoluiſſe:& crimine uerſo
Indiciine metu magis offenſane repulſæ
Arguit:immeritumque pater proiecit ab urbe:
Hoſtilique caput prece deteſtatur euntis.
Pittheam profugo curru troezena petebam
Iamque corinthiaci carpebam littora ponti:
Cum mare ſurrexit cumuluſque imanis aquaꝝ
In montis ſpeciem curuari & creſcere uiſus:
Et dare mugitus:ſummoque cacumine findi
Corniger hinc taurus ruptis expellitur undis:
Pectoribuſque tenus molles erectus in auras
Naribus & patulo partē maris euomit ore.
Corda pauēt cōitum. mihi mēs interrita manſit
Exiliis cōtēta ſuis:cum colla feroces
Ad freta conuertunt:erectiſq; auribus horrent
Quadrupedes:mōſtriq; metu turbāt᷑: & altis
Præcipitant currum ſcopulis ego ducere uana
Frena manu ſpumis albentibus oblita luctor:
Et retro lentas tēdo reſupinus habenas.
Nec uires tamen has rabies ſuperaſſet equoꝝ:
Ni rota:perpetuum quæ circunuertitur axem:
Stipitis occurſu fracta ac deſiecta fuiſſet:
Excutior curru:loriſq; tenētibus artus
Viſcera uiua trahi:neruoſq; i ſtirpe teneri.
Mēbra rapi parti. partim repreſa relinqui
Oſſa graue dare fracta ſonū:feſſamq; uideres

intelligamus. Lētas habenas.Flexibilia lora. Has uires.meas uires. Rabies.ferocitas. Perpetuū axē cōtinuum.axis āt est lignū illud:circa qđ rotæ currus uertūt̄. Excutior curru.E curru eiectus cado. Artus.pedes Reprēsa.retēta a radicibus stipitibusq; arboꝝ. Dare.Edere. Grauē sonū.Magnū efficere strepitū. Exhalare.emittere.me subaudiamus. Videres.uidere posses. Nū potes aut audes.Maiorē suā fuisse calamitatē q̄ q̄ egerie cōtigit:hippolytus ait. Cōponere.Compare. Vidi quoq; luce carentia regna.hoc ē ad īferos quoq; descēdi. Et lacerū foui.Et corpus inqt laniatū in ardētissima phlegethōtis aqua laui. Est.n.phlegethō unus ex inferorū flu.qui ardens interp̄tari pōt. Apollineæ prolis.Aesculapii apollinis filii. Fortibus herbis.Potentibus. Atq; ope pæonia. Auxilio medico.Pæon eni deorū medicus peritissimus fuisse phibetur:a quo pæonia herba & inuenta fuit & appellata. Dite indignante. Plutone ægre ferente me uitæ restitui. Ne p̄ns augerē muneris huius inuidiam.hoc est ne si in græcia uiuerē: atheniensium in me inuidiā concitarem:a Diana fui occultatus.

Cynthia.Diana:cuius miles erat hippolytus.

Impune,sine ulla mea pœna. Addidit ætatem Me natu maiorē effecit:q̄ eēm cū ab equis fui dilaceratus. Ora cognoscenda.Faciē q̄ cognosci posset.Innuit aūt hippolytus se in nouam figuram fuisset transmutatū.ne a quoq̄ cognosci posset. Habendā.habitandā. Hic posuit.in latio iuxta ariciam. Nomēq; simul.uidet̄ sentire poeta hippolytum fuisse noiatū:qđ ab equis fuit solutus & laniatus.Nā ἵππος equus.λύω soluo interp̄tætatur.

Nunc idem Virbius esto.Virbius dictus est hippolytus qđ uir bis fuisse uidet̄ & anteq̄ ab equis fuit laceratus:& postq̄ uitæ fuit restitutus. Hoc nemus inde colo.Ex eo tpe inquit: quo ab inferis sū reuocatus i hoc aricio nemore habito. Numīe sub dominæ:Dianæ:quæ iuxta ariciam templum habebat. Non tamen egeriæ.Egeria numæ pompilii uxor cū ob mariti mortem flere non desineret: Dianæ miseratōe in fontem sui nois fuit conuersa

Exhalare animam:nullasque in corpore partes
Noscere quas posses.unūque erat oīa uulnus.
Num potes aut audes cladi compōere nostræ.
Nympha tuā:uidi quoque luce carentia regna
Et lacerū foui phlegēthontide corpus in ūda,
Nec nisi apollineæ ualido medicamine prolis
Reddita uita foret: q̄ postq̄ fortibus herbis
Atque ope pæonia dite indignante recepi:
Tum mihi:ne præsens augerem muneris huius
Inuidiam.densas obiecit cynthia nubes.
Vtque forem tutus possemque impune uideri
Addidit ætatem.nec cognoscenda reliquit:
Ora mihi:cretenq; diu dubitauit habendam
Traderet an delon.delo cretaq; relictis
Hic posuit.nomēq; simul quod possit equorū
Admonuisse iubet deponere:quique fuisti
Hippolytus dixit:nunc idem uiribus esto.
Hoc nēus inde colo: de diisq; minoribus unus
Numine sub dominæ lateo: atque assentior illi.
Non tamen ægeriæ luctus aliena leuare

Hippolytus ab inferis

Leuare.leues reddere. Liqnitur.resoluit̄. Soror phœbi.Diana. Tenuauit.In tenues aquas transmutauit. At nymphas tetigit noua res.Hæc ad cōcinnā eoꝝ q̄ sequuntur cōnexionem a poeta narrantur. Gleba namq; agricolæ aranti in pueꝝ uaticinādi peritū uisa est transformari. Et amazone natus.hippolytus.hippolytæ amazonū reginæ filius. Quā cū Tyrrhenus arator.Hæc historia est nō fabula.nā ut in.ii.de diuinatōe libro cicero scribit.Tages quidam dr̄ in agro tarqnensi cū terra araretur:& sulcus altius eēt impressus extitisse repente:& eū affatum esse qui arabat.Is aūt ut in libris est ethruscoꝝ puerili specie dr̄ uisus:sed senili fuisse prudentia.Eius aspectu cū obstupuisset bubulcus:clamoreq; maiorē cū admiratōe edidisset:cōcursū esse factū.totāq; breui tpe in eū locū ethruriam conuenisse.Tū illū plura locutū multis audientibus:qui oīa eius uerba exceperint litterisq; mandauerint. Oēm āt orationem fuisse eā:qua haruspicinæ disciplina contineret̄. Fatalē glebāt.In qua fata & futuroꝝ præscientia cōtinebant̄. Terræ formam Glebæ figurā. Ora recentia.ora nuper ex terræ gleba figurata. Veturis fatis.hoc est.Disciplinæ & arti eoꝝ q̄ fato uentura erant cognoscendoꝝ nā tages prius oīum haruspicinæ disciplinā Thuscis tradidit.Hinc aūt cœpit noi meo ineptias suas ascribere pædagogus ille nō impitus mō & loquendi & scribēdi:Veꝝ fatuus quoq; & stolidus ab oiq; ciuilitate alienus qui cū sciret me non ante librariis traditurꝝ ultimū meaꝝ enarrationū quinternionem:q̄ oēs deprauatōes sublatæ forent:malignoꝝ quorūdam in me cōspirationi cū maximo dedecore suo facile satis fecit.Ea nāq; effutiuit:quibus noi meo ascriptis inuidi icti impostores sibi p̄suaserunt me non minus sigillatū iri q̄ uariis deprauationibus:quas in enarratōibus meis curarūt admittēdas.Sed aliter atq; putarāt euenit.Pædagogus.n.ille cū belle sibi litteratus esse uideat̄:se continere nō potuit:quin iactaret se meis cōmentariis finē imposuisse: pinde atq; si uiri docti boniue officio functus fuisset.Veꝝ de isto insulso temerarioq; pædagogo mihi ne noie quidē noto nullū uerbū fecissem:nisi & lectores fuissēt admonendi:ne istius ineptis fiderent expositionibus & malignoꝝ quorundam conatibus hoc quoq; modo fuisset occurrendū.Tametsi ex prima impiti istius non expositione:sed confusione cauto lectori nō possit nō cōstare appēdices istos rusticos atq; obscuros nihil cum meis enarrationibus cōmercii habere.Eā nāq; historiā:q̄ nos paulo ante ex.ii.Cicerōis libro descripsimus ad uerbū fatuus iste adeo inepte repetiuit plane rusticus barbarusq; esse facile dignoscat̄.Tages inqt ut scribit Cicero

libro de diuinatione puerili ſpecie fuit cœpitq; affari aratorem.ille territus clamans cōſciuit totam etruriam. Quam ſtudioſus ſit opeꝝ Ciceronis ſtolidus iſte ex iis pauculis ipſius uerbis facile colligi pōt.Nam ut omittā quod ea prætermittit:q̃ maxime ad huius loci expoſitōem neceſſaria fuerāt deſcribēda:libro inquit citra in ꝓpoſitionē.quā recta loquendi ratio expoſcit.nec adiicit ſecundo.Perinde atq; ſi ciceco ſolum de diuinatione librum ſcripſiſſe ac non duos. Indigene.Thuſci. Dixere.appellare.Qui primus.Ethruſcam.Nam Tages primus oīum haruſpicinam artemque diuinandi ac ꝓdicendi futura Thuſcos docuit. Neque Plinius a cicerone i hoc Ouidioq; diſſentit: ut ille blatterat impitus. Sed Delphō haruſpicinæ fuiſſe inuētorem ait. Aliud uero eſſe docere.aliud inuenire nemo niſi communi ſenſu careat:unq̃ dubitauit. Vtq; palatinis Hoc quoq; de hiſtoria ſumptū eē uidetur. Nā Romulū ſcribit plutarchus in pallatino colle ſui expiundi gratia corneā lanceā fuiſſe iaculatū illamq; in terra defixā annitētibus multis cōuelli nūq̃ potuiſſe. Sed emiſſis ramis in eximiæ altitudinis cornum increuiſſe.locū uero eū iis qui poſt Romulū fuerūt. parietibus circūductis ut ſanctiſſimū tēplū in magna religiōe fuiſſe adeo ut ſicut propius accedenti uiſa fuiſſet arbor minus frōdeſcere:ſed ueluti ſubductis nutrimentis langueſcere: id ſtatim occurrētibus clamore ſignificaret.Cum aūt.C.Cæſar radus extrueret: fabris ꝓpinqua arbori loca temere fodiētibus uiolatæ radices fuerunt: arborq; aruit & interiit. Virbiū aūt ita ſtupuiſſe ait poeta reſolutione Egeriæ in fontē: ut ſtupuit Romulus cū haſtā ſuā frōdeſcere uidit. Mouit mihi riſum ſimul & ſtomachū fatuus ille in hac hiſtoria referenda:qui Romulū lanceā fuiſſe iaculatum ait ingenii experiendi gratia: perinde ac ſi uires ingenii & nō corporis iaculātes experiremur. Herētē collibus pallatinis.Fixā in monte pallatino. Stabat.erecta erat. Non ferro adacto.Nō cuſpide terræ infixa. Nā haſtæ cuſpis in radicē fuerat cōuerſa. Lenti uiminis.flexibilis uirgæ. Cornus.n.arbor ramos ad modū flexibiles hēt. Dabat.faciebat. Nō expectatas umbras.inſpatas. Admirantibus:Haſtā in arborē fuiſſe uerſā. At ſua flumiea.Hoc quoq; de hiſtoria ſumptū eſt. Nā ut Valerius.M.narrat. Genutio Cippo ꝑtori paludato porta egredieti noui & in auditi generis ꝓdigiū incidit.Nāq; in capite eiuſ ſubito ueluti cornua emerſerūt.reſpōſumq; eſt eū regē futurū:ſi in urbem reuertiſſet.Quod ne accideret: uolūtariū ac ꝑpetuū ſibimet induxit exiliū: cuius teſtāde rei gratia capitis effigies erea porta qua exceſſerat incluſa ē.Corrupte aūt at ferre in exēplaribus eſt ſcriptū: cū loco illius hæc particula aut ſit reponēda & illud uerbū ſtupuit hic quoq; ē ſubaudiēdū.Itaq; nāq; fabulā fabule poeta elegāter cōnectit.qq̃ multis nugis ab illo īſulſo q metamorphoſin dilacerauit: hic quoq; interpoſitis pleriſq; ī exēplaribus ſe iungatur:qd ut facilius fieret:illā copulā at loco aut ex cōmodo ſuo repoſuiſſe uī: adeo in deprauandis libris quorūdā temeritas debacchatur.Cum ēt non qui uideť eſſe legendū.Audaculus uero ille pædagogus iſti deprauationi accedit:cum nihil corrigat prorſus.Cippus autem non ſolum nomen eſt uiri:ſed appellatio quoque lapidem qui ſepulchro īponitur ſignificans & colūnam in qua epitaphia ſcribunť. Domito ab hoſte ab hoſtibus ſupatis.Portendiť. Præſignificatur.ꝑmonſtrať.Vñ portenta monſtraque dicūtur:q̃ futuꝝ aliquid prænunciant. Patriæ letum.ſit ſubaudiať.Impitus aūt ille pædagogus qui ſcribere cōmēta audet cū diſtinguere neſciat:oīa confundit iquiens

Gleba i pueꝝ

Haſta in arborē

Cippo cornua

Damna ualent:montiſq; iacens radicibus imis
Liquitur in lacrymas:donec pietate dolentis
Mota ſoror phœbi gelidum de corpore fontē
Fecit:& æternas artus tenuauit in undas:
At nymphas tetigit noua res:& anazone natuſ
Haud aliter ſtupuit:q̃ cum tyrrhenus arator
Fatalem glebam motis aſpexit in aruis
Sponte ſua primum:nulloq; agitante moueri:
Sumere mox hominis:terræq; amitere formā:
Oraq; uenturis aperire recentia fatis.
Indigenæ dixere tagen:qui primus ethruſcam
Edocuit gentem caſus aperire futuros.
Vtq; palatinis hærentem colibus olim
Cum ſubito uidit frondeſcere romulus haſtam
Quæ radice noua.non ferro ſtabat adecto
Et iam non telum:ſed lenti uiminis arbor
Non expectatas dabat admirantibus umbras.
Aut ſua fluminea quū uidit cippus in unda
Cornua.uidit enim:ſalſamq; ī imagine credens
Eſſe fidm:digitis ad frontem ſæpe relatis
Quæ uidit tetigit.nec iā ſua lumina damnans
Reſtitit:ut uictor domito ueniebat ab hoſte.
Ad cælumq; oculos & eodem cornua tollens
Quicquid ait ſuperi monſtro portēditur iſto:
Seu lætum eſt:patriæ lætum populoq; quirini.
Siue minax:mihi ſit.uiridiq; ex ceſpite factas
Placat odoratis herboſas ignibus aras:
Vinaq; det pateris:mactatarumq; bidentum
Quis ſibi ſignificent:trepidantia conſulit exta.
Quæ ſimul aſpexit tyrrhene gentis haruſpex:
Magna quidem rerum molimina uidit in illis:
Non manifeſta tamen.cum uero ſuſtulit acre
A pecudis fibris ad cippi cornua lumen:
Rex ait o ſalue.tibi enim tibi cippe tuiſq;

Siue hoc patriæ læticiam affert:cum patriæ datiuus ad lætum ſecundo loco poſitum ſit referendus. Siue mĩnax.triſte. Placat aras.Deos mitigat p metonymiam.Dii namq; plácari dñr per ſacrificia in aris facta. Odoratis ignibus::Thuribus incenſis. Vinaq; dat pateris.In pateras uina fundit. Mactataq; bidentum.Imolataq; ouium. Quid ſibi ſignificent.Cornua in fronte nata ſubaudiantur. Trepidantia.palpitantia. Tyrrhenæ gentis haruſpex ex ethruria namq; haruſpices euocabátur. Magna molimina.Magnas rerum commutationes. A pecudis fibris.ab extis pecudũ.Fibræ nãq; ſunt tenuiores uenæ:quibus exta uelut lineis.quibuſdã

Hic locus & latiæ parebunt cornibus arces.
Tu mõ rumpe morã:portaſq; intrare patentes
Appropera:ſic fata iubent.nãq; urbe receptus
Rex eris & ſceptro tutus potiere perenni
Rettulit ille pedẽ:toruamq; a mœnibus urbis
Auertens faciem:procul o procul omnia dixit
Talia dii pellant:multoq; ego iuſtius æuum
Exul agam:q̃ me uideant capitolia regem.
Dixit:& extemplo populũq; grauemq; ſenatũ
Cõuocat.ante tamẽ capitis noua cornua frõde
Velat:& aggeribus factis a milite forti
Inſiſtit:priſcoq; deos e more precatus:
Eſt ait hic unus:quem uos niſi pellitis urbe:
Rex erit:is qui ſit ſigno non nomine dicam.
Cornua fronte gerit:quem nobis ĩdicat augur:
Si romam intrarit:famularia iura daturum
Ille quidem potuit portas irrumpere apertas.
Sed nos obſtetimus:q̃uis coniunctior illo
Nemo mihi ẽ.uos urbe uirum ꝓhibete quirites.
Vel ſi dignus erit grauibus uincite catenis.
Aut finite metum fatali morte tyranni
Qualia ſuccinctis ubi trux inſibilat eurus:
Murmura pinetis fiunt:aut qualia fluctus
Aequorei faciunt:ſi quis procul audiat illos:
Tale ſonat populus.ſed per confuſa trementis
Verba tamen uulgi uox emiet una.quis ille eſt
Et ſpectant frontes:prædictaq; cornua q̃runt.
Rurſus ad hos cippus:quẽ poſcitis ĩgt habetis.
Et dempta capiti populo prohibentẽ corona
Exhibuit gemino præſignia tempora cornu
Demiſeræ oculos omnes: gemitumq; dedere.
Atq; illud meritis clarum(qs credere poſſit)
Inuiti uidere caput.nec honore carere

diſtinguntur. Aere lumen.acute uidentes oculos. Tibi.n.tibi anadiploſis cũ quadam exultatõe ab haruſpice læta prædicente facta. Hic locus.romam indicat digito.Et latiæ arces.Romanum imperium. Tu mõ rumpe morã.Tu ſolũmodo tolle muras feſtinaq; ut portas patentes ingrediaris.

Vrbe.In urbẽ. Perenni.ſceptro.Perpetuo regno. Toruã faciem.Cornibus terribilem atque deturpatam. Talia omina.Talia portenta. Cõuocet.Extra urbem. Et aggeribus inſiſtit.Stat in aggere alto:ut ab oĩbus audiatur. Priſco more.Antiqua cõſuetudine.Qua ẽt priſci õratores deos inuocare in principio orationis ſolebant. Dicã.Ind cabo. Cornua forte gerit.Non forte ut fere in exemplaribus eſt deprauatum:ſed fronte legẽdum eſſe notius eſt q̃ ut ſit admonendum. Familiaria iura.leges ſeruiles quibus ut ſeruos oẽs uos oporteat obedire. Irrumpere.Cum imperu itrare. Quãuis coniunctior illo. Figurate ſe illum eſſe innuit Cippus:quẽ Haruſpex futurum eſſe regẽ dixerat. Prohibete.arcete. Vel ſi dignus erit.pulchra figura illũ indignũ eſſe oñdit:qui aut uinciatur aut necetur. Qualia ſuccinctis. Duabus pq̃ accõmodatis ſimilitudinibus exprimit poeta quale mormur populi fuerit:poſtes q̃ Cippus finẽ orõni impoſuit. Succinctis pinetis.altis & proceris Imperitus uero ille ut ſaltem pueriles notem errores:exponit denſis & quaſi alligatis pinetis putans ſuccinctum Denſum ſignificare:quod nuſq̃ inuenit.Et miramur:ſi oĩa cõfunduntur.cum fatui iſti tam impudenter ſtulticias ſuas efferant in uulgus Succincta dicuntur altius cincta:unde ſuccincti milites dñr:quod breuioribus ueſtibus utentes altius cincti uideantur.pineta uero dicuntur ſuccicta quod iuxta cacumen ramos emittant. Id qđ Oui.alibi aperte ſignificat cum inquit.Et ſuccincta cõas hurſutaq; uertice pinus. Per.inter. Tremẽtis uulgi.Populi trepidantis. Eminet.elatior ẽ & clarior. Preſignia.inſignia. Gemino cornu.duobus cornibus ſimilibus. Demiſere oculos.In terram oculos demiſerunt ne cornua cũ ſummo dedecore tam boni ciuis aſpicerent. Quis credere poſſit:parentheſis eſt cum interrogatione. Ac ſi diceret.Nemo crederet rõanos iuitos aſpexiſſe uiri caput tã preclare de patria meriti:ut cum regnũ aſſeq poſſet noluerit.Illos.n.qui de nobis bñ ſunt meriti libenter aſpicere ſolemus. At ꝓceres.Senatores.Cippiũ aũt iugero optimi agri ob ſpretũ regnũ donatũ fuiſſe ait.Iugerum.n.tm̃ terræ dr̃ q̃tum par boum uno die poſſit exararẽ. Ruris honorati:Agri honorato uiro cõuenientis. Ad finẽ ab ortu.abortu diei uſq; ad occaſum. Mirã formã.Mirandã cippi effigiẽ.Referentia.Significãtia repſentãtia. Auratis poſtibus.auro ornatis poſtibus portæ illius p quam igredi poterat Cippus.

pandire nunc muſæ.Mnſas inuocat poeta ut ſibi cõmemorent qua de cauſa æſculapius ex Coronide filius Romã ab epidauro fuerat aduectus.Graui namq; peſtilentia laborãtes romani oraculum acceperunt ut æſcu

lapii auxilio uterentur.Miſſi igitur legati cū ab epidauriis deū impetrare nō poſſent:Aeſculapius ipſe in anguē cōuerſus p mediā urbē ad nauē legatoꝝ perrexit:Romāq; aduectus ſibi iſula Tiberis ſedē elegit. Pn̄tia numina uatū.propicii dii poetaꝝ. Muſæ nāq; p̄ſidere poetis fingunt. Vn̄:Qua ex cauſa. Coroniden.æſculapiū coronei nepotem. Apollinis ex coronide filiū :ut ſupius copioſe fuit expoſitū. Dira lues.peſtis a deoꝝ ira imiſſa. Ex angui morbo.ab effectu morbus dr̄ exanguis:qd' exangues hoīes reddat.Vt mors quoq; pallida dr̄.
Mortalia tēptamēta.hoīum expimēta. Mediamq; tenētis Orbis humū delphos.Delphi in medio terraꝝ orbe a geographis eſſe ſcribunt q̄ uero ſcita ſit illius nebulonis expoſitio q̄q; poetæ dictis cōueniēs uiderit ipſe:q mentit ſiciliā atq; Italiam a Plinio mediū mūdi cōſtitui.Cū nō ſicilia ſolū & italia ſed uniuerſa terra in medio mūdi eſſe amathematicis demōſtret. Sed quid mundus.qd orbis ſit fatuus iſte ignorat.Cæteꝝ de iſtius ſtultitiis uel nimiū. Salutifera ſorte. Rn̄ſo ſalutē afferenti.
Cortinaq; reddidit imo.Phœbas in cortina exiſtens.Eſt.n.cōtinēs ꝓ cōtēte p metonymiā poſitū. Cortina uero mēſa erat in adyto tēpli apollinis q̄ ēt delphica dicebat:i qua phœbades iacētes certa oracula reddebāt. Propiore loco.Viciniore:Nā epidaurus Romæ ꝓpiquor ē q̄ Delphi. Sed apolline nato.æſculapio apollinis filio. Bonis auib⁹ Bonis auſpiciis. Accerſite.aduocate. Prudens ſenatus accipe:Figurate dictū ac tale quale ē illud Vergilianū.pars in fruſta ſecāt. Explorāt.Diligēter iqrūt. Iuuenis phœ.Aeſculapi⁹ apollinis fili⁹
Petāt uētis adnauigēt. Epida. littora epidaur⁹ q̄ & epidaurus appellat : ut Strabo ait:urbs ē ſaronico ſinui adiacēs q̄ & miliſſia & Hæmera olī fuit dicta a tēplo æſculapii maxīe inſignis. Pn̄s. ꝓpici⁹
Funera gētis auſonie.Peſtilētiā q̄ rōani & italiæ gētes moriebant. Certāt adiicere ſortes. Studēt ſuis dictis adiūgere apollinis ſn̄ſa. Diſſidet & uariat ſn̄ia.Senatoꝝ inqt epidaurioꝝ ſn̄iæ diſcordes & uariæ erāt.alii nāq; tradendū Romanis.alii negādū æſculapiū ſentiebāt. Suā opē.ſuū auxiliū. hoc eſt.æſculapiū ad quē in aduerſis cōfugiebat. Dū dubitant:Dū de re dubia cōſultāt. Vmbra telluris.Definitio eſt noctis.Nox.n.nihil aliud q̄ terræ umbra. Deus opifer. æſculapius opē & auxilio morbo laborātibus ferēs. Sed qualis ī æde eſſe ſolet In hoīs.nō dracōis facie.Nā in tēplo ſub effigie hūana colebat æſculapius.q̄uis ī anguē cōuerſus romā fuerit aduectus. Baculū agreſte. Inuſitate baculū cū neutro epitheto copulauit poeta:cum ſit generis maſculini. Lōgæ barbæ. æſculapius nāq; barbatus pingebat . apollo uero ſine barba. geſtū aūt exprimit poeta quo ſæpenumero utuntur:qui ſibi barbam mulcent.

Vlterius paſſi feſtam impoſuere coronam.
At proceres:quoniam muros intrare uetaris:
Ruris honorati tantum tibi cippe dedere:
Quantum depreſſo ſubiectis bobus aratro
Complecti poſſes ad finem lucis ab ortu.
Cornuaq; auratis miram referentia formam
Poſtibus inſculpunt longum māſueta per æuū
Pandite nunc muſæ præſentia numina uatum.
Scitis enim:nec uos fallit ſpecioſa uetuſtas:
Vnde coronidem circumflua thybridis alti
Inſula romuleæ ſacris adiecerit urbis.
Dira lues quondam latias uitiauerat auras
Pallidaq; exangui ſquallebant corpora morbo
Funeribus feſſi poſtq̄ mortalia cernunt
Temptamenta nihil,nihil artes poſſe medentū
Auxilium cæleſte petunt:mediamq; tenentis
Orbis humum delphos adeūt,oracula phœbi.
Vtq; ſalutifera miſeris ſuccurrere rebus
Sorte uelit:tantæq; urbis mala finiat orant.
Et locus & laurus & quas habet ipſe pharetras
Intremuere ſimul:cortinaq; reddidit imo
Hāc adyto uocem pauefactaq; corpora mouit
Quod petis hinc ꝓpiore loco romāe petiſſeſ
Et pete nunc propiore loco,nec apolline uobiſ
Qui minuat luctus:opus eſt: ſed apolline nato
Ite bonis auibus:prolemq; accerſite noſtram.
Iuſſa dei prudens poſtq̄ accepere ſenatus:
Quam colat:explorat:iuuenis phœbei⁹ urbē.
Quiq; petant uentis epidauria littora mittunt:
Quæ ſimul incurua miſſi tetigere carina:
Concilium graioſq; patres adiere:darentq;
Orauere deum:qui præſens funera gentis
Finiat auſoniæ,certant adiicere ſortes.
Diſſidet & uariat ſententia parſq; negādū
Non putat auxilium multi retinere:ſuamq;
Non emittere opē:nec numia tradere ſuadent
Dum dubitant,ſerā pepulere crepuſcula lucem
Vmbraq; telluris tenebras induxerat orbi
Cum deus inſomnis opifer conſiſtere uiſus
Ante tuum romanæ torum,ſed qualis in æde
Eſſe ſolet baculumq; tenens agreſtæ ſiniſtra
Cæſariem longæ dextra reducere barbæ.
Et placido tales emittere pectore uoces.

Pone metũ.ueniã ſimulachraq; noſtra reliquã.
Hunc mõ ſerpentẽ:baculũ qui nexibus ambit:
Perſpice: & uſq; nota:uiſũ ut cognoſcer̃ poſſiſ
Vertar i hunc.ſed maior ero:tãtuſq; uidebor:
In quantum uerti cæleſtia corpora debent.
Extemplo cum uoce deus.cum uoce deoq;
Somnus abit:ſomniq; fugã lux alma ſecuta ẽ.
Poſtera ſidereos aurora fugauerat ignes:
Incerti quid agant proceres ad templa petiti
Conueniunt operoſa dei:quaq; ipſe morari
Sede uelit:ſignis cæleſtibus indicet:orant.
Vix bene deſierant:cum criſtis aureus altis
In ſerpente deus prænuntia ſibila mouit:
Aduentuq; ſuo ſignumq; araſq; foreſq;
Marmoreumq; ſolum faſtigiaq; aurea mouit.
Pectoribuſq; tenus media ſublimis in æde
Conſtitit:atq; oculos circũtulit igne micantes.
Territa turba pauet.cognouit numina caſtus
Euinctus uitta crines albente ſacerdos.
En deus eſt.deus eſt.animis linguiſq; fauete:
Quiſquis adeſt dixit.ſis o pulcherrime uiſus
Vtiliter:populoſq; iuues tua ſacra colentes.
Quiſqs adeſt uiſum uenerãtur numen:& oẽs
Verba ſacerdotis referunt geminata:piumq;
Aeneadæ præſtant & uoce & mẽte fauorem.
Annuit his:motiſq; deus rata pignora criſtis:
Et repetita dedit uibrata ſibila lingua.
Tum gradibus nitidis elabitur:oraq; retro
Flectit:& antiquas abiturus reſpicit aras.
Aſſuetaſq; domos:habitataq; templa ſalutat.
Inde per iniectis adopertam floribus ingens
Serpit humũ: flectitq; ſinus:mediamq; p urbẽ
Tendit:& incuruo munitos aggere portus.
Reſtitit hic: agmenq; ſuum turbæq; ſequentis
Officium:placido uiſus dimittere uultu:
Corpus in auſonia poſuit rate.numinis illa
Senſit onus:preſſaque dei grauitate carina.
Aeneadæ gaudent:cæſoque in littore tauro
Torta coronatæ ſoluunt retinacula nauis.
Impulerat leuis aura ratem.deus eminet alte:
Impoſitaque pmens puppim ceruice recuruã
Ceruleas deſpectat aquas: modiciſq; p æquor
Ionium zephyris ſextæ pallantidos ortu

Et uſq; nota.Et eo uſq; aiaduerte. Ad tẽpla opoſa.Multis opibus ornata multoq; labore extructa. Petiti dei.æſculapii a Romanis poſtulati. Qua ſede.q̃ urbe.Epidauri an romæ. Aureus in ſerpẽte deus.Aeſculapius q ſub aureo ſimulacro colebatur in ſerpentẽ cõuerſus.nã dracones acutiſſimi uiſus a phiſicis eſſe dñr.Vñ & απο του δερκεσθαι hoc eſt a uidẽdo fuere cognominati.Idcircoq; æſculapio attribuunt̃:qđ uigilãtiſſimi putant̃:q̃ res medicis maxime neceſſaria eſt.Hac etiã de cauſa eos ĩcubantes theſauris cuſtodiæ grã antiq ſinxerũt.
Prænũcia ſibila.Ipſum aduentare ſignificantia.
Mouit.Emiſit. Signũ.Simulacrũ dei & ſtatuam.
En deus.deus eſt.Cõduplicatio aliqd repẽtinum annũcianti maxime cõueniens? Ais liguiſq; fauete.Caſta puraq; cogitate ac dicite. Sis o pulcherrime.Preces ſacerdotis ad æſculapiũ. Aeneadæ.Romani q & ipſi bona omiabant̃. Rata pignora.Certa ſigna:qbus innuebat ea futura q̃ pẽtierant. Tũ gradibus nitidis.ſitus effingit̃ ueterũ templorũ:in quæ eminentioribus ĩ locis ædificata p gradus aſcẽdebat̃. Iniectis floribus.ſparſis. Rẽſtitit hic.apud portũ conſtitit æſculapius in ſerpentẽ cõuerſus.
Agmẽq; ſuũ.epidauriorũ multitudinẽ dicit. Turbæq; ſequentis officiũ.hoc de more principũ uirorũ ſumptũ eſt:q comites benignis uerbis dimittere ſolent. In auſonia rate.In naue romana.Torta retinacula Periphraſis eſt funiũ qbus naues ad terrã ligant̃. Modicis zephyris tẽperatis uẽtis. Sextæ pallantidos ortu.ſextæ auroræ.p quod ſignificatur ſexto die ab epidauro in Italiam pueniſſe. Præterq; lacinia templa.Iuxta templa Iunonis laciniæ. Laciniũ aũt promontoriũ eſt in fine Italiæ Iunonis tẽplo nobile a lacinio latrone illic ab hercule interfecto cognomiatũ. Scyllæaq; littora.ſcyllæi ſaxi. Nã ſcyllæũ ſaxũ eſt ſublime:quod humilem a tergo terram alluentibus undis habet in Cherroneſi faciẽ. eodem aũt nomine etiã oppidũ habet. Linquit Iapygiã.Calabriã a iapyge Dædali filio dictam.quãq̃ promontoriũ mihi ſignificari uidet̃ quod acram Iapygiam uocant:quo ut ſcribit Plinius longiſſime ĩ maria excurrit Italia. Leuiſq; amphiſſia remis ſaxa fugit.amphiſſia ſaxa ab amphiſſa urbe locrorũ dicta eſſe mihi uident̃.Nam locri illas Italiæ oras tenuiſſe etiam a Vergilio nũ ſolum geographis ſcribunt̃.Hic & narycii poſuerũt mœnia locri. Quidã uero amphryſia legunt. Prærupta celennia.alta.ſaxa ſubaudiant̃.Videtur aũt celenniũ eſſe promõtoriũ brutiorũ.de quo tamen alibi me nihil legiſſe memini.Forſitan aũt non celennia.ſed ceneia legẽdũ ſit.Nam cenis ut Pli.ſcribit promontoriũ eſt italiæ e regione pelori. Romechiũq; legit.tranſit. De Romechio ſiue promechio ſiue rometio ut a qbuſdam legitur:nullam apud geographorũ quẽq̃ inueni mentionem.Quare corruptæ mihi legi uidetur.

Italíam tenuít:prætercꝫ lacínía templa
Nobilítata dea:ſcyllæacꝫ littera fertur.
Línquit ıapygíam:leuíſcꝫ amphyſſía remis
Saxa fugít.dextra prærupta celennía parte:
Romechíũque legít:caulonaqꝫ:narycıãque:
Euíncitque fretum:ſiculique anguſta pelori:
Híppotadæcꝫ domos regís:temeſeſcꝫ metalla
Leucoſiamque petit:tepídiꝗ roſaría pæſtí.
Inde legit caprías:promontoríũque mineruæ
Et ſurrhentínos generoſo palmite colles:
Herculeãque urbẽ.ſtabíaſque:& ín otia natã
Parthenopen.& ab hac cumeæ templa ſibyllæ
Hínc calídí fontes lentíſcíferumque tenetur

Fortaſſis autem Rheginum loco illius eſt reponendũ ſaxumqꝫ ſubaudiendũ.Eſt enim rhegiũ urbs in littore
calabriæ e regione Meſſane.Sed nihil auſim affirmare cũ nullũ uiderim exemplar:in quo rheginũ legatᷣ.& ni
hil temere eſt aſſerendũ:ne iſtorum ſimiles qui omnia quæ non intelligunt:ex commodo ſuo audacter immu
tant:ſimiles eſſe depræhendamur at tamen ne opinioni noui iſtius expoſitoris ad effutiendas ineptias parua
mercede a malignis impoſtoribus conducti accedere uideamur:hoc quoqꝫ notemus:quod plemmyrium citra
omnem legit dubitationem temerarius immo uero furioſus.perinde atqꝫ ſi aut plemyriũ in priſcis manuue
ſcriptis exemplaribus legeretᷣ:aut in eo tractu eẽt:
cuius inſignia loca Ouidius attingit.Plemmirium
qdem eſt in ſicilia caſtellũ ſyracuſanoꝝ:ut ſtepha
nus tradit:ſed non in ea parte q̃ ad Italiam uergit.
Quarẽ & ſibi & ouidii ſtudioſis rectius fatuus iſte
conſuluiſſet.ſi Romechiũ quoqꝫ ut paulo ante am
phyſſia celeniaqꝫ ſaxa diſſimulaſſet ac tamq̃ notum
ꝑtermiſiſſet.cæterũ illud ariſtotelis oraculũ in dies
uerius eſſe comprobatᷣ.eos qui parũ conſiderent:
facile quicqd in bucam uenit:enũciare. Caulona
qꝫ.caulon calabriæ mõs eſt & urbs q̃ & caulonia di
citur prius auſonia & uicina conualle appellata.

Naryciamqꝫ.Narycia urbs eſt calabriæ a Naryce
locridis urbe:quæ & naryciũ dicitᷣ ut ſcribit ſtepha
nus denominata.Eadem autem cũ locris hæc eſſe
uidetᷣ qui a locris naryciis:in extremo calabriæ an
gulo fuerunt ædificati.De narycia tamen ut nota i
ſulſus ille ne illum quidem uerbum fecit.ſatis eni
habuit in plemyrium Romhechiũ mutaſſe. Euin
citqꝫ fretũ.Cum difficultate tranſit per ſiculum fretum:quod quidem eſt maxime uorticoſum. Hippotadæqꝫ
domos regis:ſtrongylen inſulam aliaſqꝫ Aeoloias ſignificat i quibus regnauit aeolus Iouis filius ex aceſta Hip
potæ troiani filia:Vnde etiam hippotades cognominatur. Temeſeſqꝫ metalla.Temeſe urbs eſt brutioꝝ quæ
tempſa a latinis fuit appellata.Aerifodinæ autem quæ apud Temeſam fuerunt tempore ſuo ſtrabo defeciſſe
narrat. Temeſa item cypri eſt urbs. Leucoſiamqꝫ petit.Leucoſia eſt inſula contra pæſtanum ſinum a Sirene
ibi ſepulta denominata. Tepidi pæſti.ſemper uernantis.Sic Vergilius.Biferiqꝫ roſaria pæſti.Pæſtum autẽ eſt
oppidum in agro campano a græcis poſſidonia dictũ. Inde legit capreas.ſic quidem legitᷣ.ſed capriæ p i uoca
lem in penultima legendũ eſſe argumento ſunt codices græci:in quibus ſic eſt ſcriptũ.eſt autem inſula quæ &
capriene uocatᷣ ut ait ſtephanus:campaniæ adiacẽns Tiberii principis arce nobilis.Mihi uero ad finem prope
ranti impedimento eſt ſciolus iſte inſulſus:q cum nihil ſciat omnia confundit.Capreas enim inſulas eſſe cam
paniæ mentitᷣ cum una ſit:chelebaſqꝫ papinio appellari:cũ papinius ſcribat Teleboarũ ſedes fuiſſe. Legit.tran
ſit. Promontoriumqꝫ mineruæ.ſic uocatᷣ promontoriũ quod eſt iuxta ſurrentũ:in quo olim ſirenes habitaſſe
feruntᷣ.In illius aũt extremo eſt atheneum hoc eſt Mineruæ ſacellũ.quod Vlyſſes ædificaſſe narratᷣ. Et ſurrhẽ
tinos colles.ſurrhentũ urbs eſt campaniæ uino maxime nobilis.Hoc quoqꝫ loco fatui iſtius nebulonis temeri
tatem diſſimulare non poſſum.q Ouidium ſugillare conatᷣ:cum iquit.cur aũt ouidius generoſo palmite dixe
rit uiderit ipſe.Nam uinum ſurrhentinũ pungit.Quaſi uero ſolum dulce uinũ generoſum uocetᷣ:& ſurrhenti
num uinũ in magno ꝓtio apud antiquos non fuerit. Herculeãqꝫ urbem.Hæc tum heraclea.tum heracleopo
lis.tũ herculanũ uocatᷣ. Stabiaſqꝫ.ſtabiæ oppidum fuit campaniæ:quod ut Pli.ſcribit:bello ſociali a ſylla deletũ
in uillas abiit.Sed hunc quoqꝫ locũ ſtolidus iſte corrũpit:ut papiniũ ſe legiſſe iactare poſſit.Ac ſtatinas non ſta
bias legendũ eſſe ait ſe arbitrari:cum de ſtatinis papinius non de ſtabiis faciat mẽtionem.ſed cũ ſtabias omnia
habeant exemplaria & geographi eas iuxta neapolim eſſe affirment:dignus eſſet iſte librorum corruptor qui
in ſtatinis relegaretur. Et in otia natam parthenopen.neapolin a parthenope una ſirenarum ibi ſepulta co
gnominatam. Neapolin uero in otia natam poeta ait propter locorum amœnitatem:quo ſe Romani otiaturi
conferebant. Et ab hac cumeæ templa Sibyllæ.Et poſt hanc neapolin tranſit cumas campaniæ urbem maxi
me a ſibylla nobilitatam.de cuius conditoribus ſatis ſupercꝫ in ſuperioribus diximus libris. Hinc calidi fon
tes.baias innuit fontibus calidis maxime celebres. Lentiſciferumqꝫ tenetur linternum.Lentiſcum arborem
ferẽs linteriũ:qđ qdẽ eſt oppidũ campaniæ exilio Maioris ſcipionis & ſepulchro maxĩe nobile. Vulturnus
fluuius eſt campaniæ uulturnũ urbẽ ab illo dictã præter labens. Niueiſqꝫ frequens ſinueſſa colubris.ſinueſſa
campaniæ urbs eſt:quã quidã ſynopẽ uocitatam dixere ut Plinius ſcribit. Minturnæqꝫ graues.morboſæ.gra
uis ac noxii aeris.Minturnæ aũt latii oppidũ eſt paludibus cinctũ ac liri amne diuiſum. Et quam tumulauit
alumnus.Periphraſis eſt caietæ:quã a caieta Aeneæ nutrice denominatã eſſe noſtri qdẽ ſentiunt poetæ.Quidã
uero qđ in littore curuo ſit poſita ſic appellatã a laconibus putant. Curua nãqꝫ oĩa caietas Lacones uocabant.

Alumnus. Aeneas a caieta altus & educatus. Tumulauit. ſepeliuit. Antiphatæq; domus. phormiaꝝ eſt periphraſis: quas prius hormias a ſtationis: quæ ορμιη dicitur bonitate cognominatas fuiſſe ſtrabo memo- riæ prodidit. Antiphaten uero læſtrygonū regē fuiſſe phormiaſq; tenuiſſe in ſuperioribus quoq; diximꝰ libris

Trachaſq; obſeſſa palude. Terracina mihi ſignificari uidetur: quæ antea Trachina hoc eſt aſpera fuit appellata. Illi namq; ut Strabo refert magna palus obiecta eſt. quā duo fluuii efficiunt: e quibus maiorem aufidum uocant. Terracina uero lingua uolſcoꝝ Anxur fuit appellata.

Linternum. multáq; trahés ſub gurgite harená
Vulturnus: niueiſq; frequés Sinueſſa colubris.
Minturnæq; graues: & quā tumulauit alūnus:
Antiphatæq; domus: trachaſq; obſeſſa palude:
Et tellus circæa: & ſpiſſi littoris antium.
Huc ubi ueliferam nautæ aduertere carinam:
(Aſper enī iā pōtus erat): deus explicat orbes:
Perq; ſinus crebros & magna uolumia labens:
Templa parentis init flauum tangentia littus
Aequore placato patrias epidaurius aras
Linquit: & hoſpitio iuncti ſibi numinis uſus
Littoream tractu ſquamæ crepitantis harenam
Sulcat: & innixus moderamine nauis in alta
Puppe caput poſuit: caſtrumq; ſacraſq;
Lauini ſedes: tyberinaq; ad hoſtia uenit.
Huc oīs populi paſſim matrumq; patrumq;
Obuia turba ruit: quæq; ignes troica ſeruat
Veſta tuos lætoq; deum clamore ſalutant.
Quaq; per aduerſas nauis cita ducitur undas
Thura ſuper ripas aris ex ordine factis
Parte ab utraq; ſonant: & odorant aera fumis:
Itaq; coniectos incalfacit hoſtia cultros.
Iamq; caput rerum romanam intrauerat urbē:
Erigitur ſerpens ſummoq; accliuia malo
Colla mouet: ſedeſq; ſibi circunſpicit aptas
Scindit' in geminas partes circū fluus amnis.

Et tellus circæa: Circæum mons eſt latii mari ac paludibus Cinctus ut inſula uideatur. a circe quæ illum tenuit cognominatus Nam circe ſolis filia cū ſarmataꝝ regem cui nupſerat: ueneno ſuſtuliſſet: regnumq; adepta nimium crudeliter ſe gereret: a populis regno pulſa in Italiam uenit: & in promōtorio quod ab ipſa circæum poſtea fuit appellatum conſedit. In quo & urbs circei nomine & illius ſacellum cum Mineruæ ara olim fuiſſe memorant.

Et ſpiſſi littoris ancon. Sic quidem in omnibus: quæ mihi uidere contigit exemplaribus legitur. Sed corrupte ut mihi uidetur. Neq; enim aut geographiæ rō aut hiſtoria iſtiuſmodi lectiōi aſtipulat' Ancon ſiqdem urbs eſt piceni non latii neq; in eo tractu præter cuius urbes Aaſculapium uectū fuiſſe poeta ſcribit. Mari namq; adriatico adiacet Ancon. Aeſculapius uero per Tyrrhenum uectus romam fuiſſe narratur. Valerius præterea maximus ut alios omittam hiſtoricos. non apud anconem Sed apud antium e naui æſculapium egreſſum fuiſſe teſtatur his uerbis. Tum legati perinde atque exoptatæ rei compotes expleta gratiarum actiōe cultuq; anguis aperitis accepto læti inde ſoluerūt ac proſperam emenſi nauigationem poſtq̄ Antiū appulerunt: anguis qui ubiq; in nauigio remanſerat prolapſus in ueſtibulo ædis æſculapii: myrto frequentibus ramis diffuſæ ſupereminentem excelſæ altitudinis palmam circundedit: perq; tres dies poſitis quibus ueſci ſolebat: non ſine magno metu legatorum: ne in triremem reuerti nollet: antienſis templi hoſpitio uſus Vrbi ſe noſtræ aduehendum reſtituit atq; in ripam tyberis egreſſis legatis in inſulam ubi templū ei dicatū ē: tranauit ad uētuq; ſuo tēpeſtatē: cui remedio q̄ſitꝰ erat diſpulit Quo igit' mō legēdū dicemꝰ? An ita antiū ē legēdū ut illud Vergilianū. Et dulcis muſti uulcano decoquit humorē. Verſus eſt enim hypercatalecticus. Eſt aūt antium latii urbs haud longe ab lauinio diſtans. Vnde antiates dñr. nihil autem hoc loco nebulo ille immutat. Sed quædam de ancona cōfundit. Spiſſi littoris. denſi ac duri. Aſper. n. iam pontus erat. parentheſis eſt cām continens cur legati in portū antiatem intrarint. Mare. n. iā in tempeſtatem fuerat erectum. Et hoſpitio iuncti ſibi numinis. apollinis cōſanguinitate Aeſculapio iuncti. Nam æſculapium apollinis filium fuiſſe ēt pueri ſciunt: q̄uis fatuus ille ad oīa confundēda parua merce de conductus hic quoq; hallucinetur. Donec caſtrumq; Caſtꝝ oppidum eſt latii inter lauinium & hoſtiam ſitum. Sacraſq; lauinii ſedes. Lauinium urbs eſt latii commune noī latino Veneris templum hn̄s

Tiberinaq; ad hoſtia uenit. Ad hoſtia tiberis. Vnde urbs hoſtia fuit cognominata quam ancus martius ædificauit illucq; coloniam deduxit. Quæq; ignes troica ſeruat Veſta tuos. apoſtrophe eſt ad ueſtam quam idcirco troicam & troianam poeta uocat: quod a troia allata fuerit ab ænea. Virgines aūt ueſtales quoq; æſculapio obuiam proceſſiſſe ait. Thura ſonant. acerræ & thuribula p metonymiam. Contentum. n. pro continēte eſt poſitum. Et odorant aera fumis. Et odoribus aerem replent. Incalfacit. Calefacit ſanguine Dum. n. uictime iugulantur cultri ſanguine calefiunt. Scinditur in geminas partes. Inſulā deſcribit in tiberi romæ effectā ſegete agri Tarquinioꝝ q poſtea campus martius fuit appellatus a populo in fluuium deiecta. Hic delata pinu. Huc naue appulſa. Phœbeius anguis. Aeſculapius apollinis filius. Specie cæleſte reſumpta. Dei figura reſumpta depoſitaque ſerpentis forma. Poetica uero licentia cæleſte pro cæleſti eſt poſitum.

Inſula nomen habet:laterumq; a parte duorum
Porrigit æquales media tellure lacertos.
Huc ſe delata pinu phœbeius anguis
Contulit:& finem ſpecie cæleſte reſumpta
Luctibus impoſuit:uenitq; ſalutifer urbi.
Hic tamen acceſſit delubris aduena noſtris.
Cæſar in urbe ſua deus eſt:quem marte togaq;
Præcipuum:non bella magis finita triumphis:
Reſq; domi geſtæ:properataq; gloria rerum
Inſidus uertere nouum ſte[..]aq; comantem:
Quã ſua progenies:nec enim de cæſaris actis
Vllum maius opus:q̃ ꝙ pater extitit huius.
Scilicet æquoreos plus eſt domuiſſe britãnos:
Perq; papyriferi ſeptemflua flumina nili
Victrices egiſſe rates:numidaſque rebelles
Cynipheumque iubã:mithridateiſque tumẽtẽ
Nominibus pontum populo adieciſſe quirini
Et multos meruiſſe,aliquos egiſſe triumphos
Quã tantum genuiſſe uirũquo præſide rerũ
Humano generi ſuperi fauiſtis abunde:
Ne foret hic igitur mortali ſemine natus:
Ille deus faciendus erat,quod ut aurea uidit
Aeneæ genitrix:uidit quoque triſte parari
Pontifici letum:& coniurata arma moueri:
Palluit:& cunctis utcuiq; erat obuia diuis:
Aſpice dicebat quãta mihi mole parentur:
Inſidiæ:quantaque caput cum fraude petatur:
Quod de dardanio ſolum mihi reſtat iulo
Sola ne ſemper ero iuſtis exercita curis:
Quam modo tytidæ calidonia uulneret haſta:
Nunc male defenſæ confundant mœnia troiæ:
Quæ uideam natum longis erroribus actum
Iactarique freto:ſedeſque intrare ſilentum:
Bellaq; cum Turno gerere:aut ſi uera fatemur:

Luctibus.Morbo & peſti.Id qđ ſequitur ꝓ eo qđ præcedit eſt poſitum.Hic tñ acceſſit iulii Cæſaris aĩæ metamorphoſin in ſtellã ita pſpicue deſcribit in gr̃am Auguſti Cæſaris poeta:ut nihil expoſitõe opus eſſe uideatur Cũ.n.auguſtus ludos in honorẽ iulii Cæſaris:qui in ſenatu fuerat trucidatus celebraret:forte cometa apparuit:quã eſſe Cæſaris aĩam auguſtus ipſe,aduocata cõtiõe populo romano perſuaſit.Inſulſus aũt quidam nõ cõtentus ſuis ineptiis ea ſeparare:quæ Oui.artificioſiſſime copularat:hoc ẽt loco fœtidum epigrãma hexametro pentametroq; uerſu cõpoſitũ temerarie nimium & ſtolide inſeruerat:qđ qdem cũ totũ opus inqnaret:delendum eſſe putaui. Stellã comãtẽ.periphraſis ẽ cometæ.Nã cometes ſtella eſſe crinita phibet̃. Properataq; gloria reꝝ.ꝓpantel ac cito acqſita. Quã ſua ꝓgenies.q̃ auguſtus Cæſaris filius adoptiuus. Nec.n.de Cæſaris actis.Omnibus cæſaris geſtis adoptõem auguſti antepõit poeta.Hũc quoq; locũ tam pſpicuum ſtolidus ille nõ pcipit.Inquit.n.præponendus eſt auguſtus cunctis geſtis Cæſaris.qđ quidẽ iis q̃ a poeta dñr aperte repugnat. Scilicet æquoreos.præſtantiſſima q̃q; cæſaris geſta cũ quadam ironia enumerat poeta:ut oꝛdat auguſti adoptõem illis eſſe anteferẽdã. Aequoreos Britannos.æquore circundatos ac nauigationi deditos.quos impio Rõano unã cũ gallis iulius Cæſar ſubegit. Perq; papyriferi.Iulius Cæſar ut ſcribit trãquillus.põpeius pharſalico p̃lio fuſũ ac fugientem alexandriam pſecutus occiſum dep̃hendit:ubi cũ ptolemeo ægyptii rege.a quo ſibi quoq; iſidias tẽdi animaduertit:bellũ ſane difficillimũ geſſit:neq; loco neq; tpe æquo:ſed hyeme & itra mœnia copioſiſſimi ac ſolertiſſimi hoſtis inops ipſe reꝝ oĩum atque iparatus.Regnũ ægyptii uictor cleopatræ fratriq; eius minori pmiſit ueritus ꝓuinciã facere.ne qñ uolẽtiorẽ p̃ſidẽ nacta nouaꝝ reꝝ materia eſſet. Papyriferi nili.papyꝝ ferenti ex qua oli charte cõficiebant̃ Numidaſq; rebelles.Nũidæ populi ſũt africæ admodũ feroces. Cyniphiũq; iubam.Iuba mauritaniæ rex fuit:qui cũ partes pompeii ĩ africa foueret a cæſare fuit ſupatus.. Cyniphiũ aũt iubã appellat poeta a cyniphe fluuio Libyæ qui inter duas ſyrtes labit̃. Mithridateiſq; tumẽtẽ Noĩbus pontũ.Mithridatis gloria & uictoriis:qui per quadraginta annos cũ populo Romano bel ũ geſſit.Ab alexandria uero deuicta cæſar in ſyriã & indein pontũ tranſiit Vbi pharnacẽ mithridatis magni filiũ ac tũc occaſione tpm bellantẽ iamq; multiplici ſucceſſu præferocẽ intra quintũ quo affuerat diem quatuor quibus in cõſpectũ uenit horis una acie ꝓfligauit:crebro cõmemorãs põpeii felicitatẽ cui præcipua militiæ laus de tam imbelli genere hoſtiũ contigiſſet. Et multos meruiſſe.multo plures triumphos meruiſſe cæſarẽ q̃ egerit:apte aſſerit poeta:q̃uis ad id alludere uĩ:qđ tranquillus ſcribit cæſarẽ poſt hiſpaniã ulteriorẽ pacatã:quã ex p̃tura fuerat ſortitus:cũ ad triũphũ ſimul cõſulatũq; Romã rediiſſet coactũ fuiſſe triũphũ dimittere:ne cõſulatu excluderet̃:cũ editis iã comitiis rõ ei⁹ hri nõ poſſet:niſi priuatus urbẽ itroiiſſet.Quiq; uero triũphos egit cæſar gallicũ:alexãdrinũ põticũ aphricanũ.hiſpanienſẽ diuerſo quẽq; appatu & iſtrumẽto. Quã tñ genuiſſe uiꝝ.q̃ tñ reliquiſſe filiũ quãt⁹ ẽ auguſtus:quẽ quidem nõ genuit:ſed ſibi adoptauit iulius cæſar. Ne foret hic igit̃ mortali ſemine natus.hoc ẽ.iulius ceſar in numeꝝ deoꝝ fuit referẽdus:ne auguſtus ex ſemĩe mortali nat⁹ eſſe uideret̃.hic.auguſtus.Ille.iulius cæſar. Aurea æneæ genitrix.Pulchra uenus. Pontifici cæſari q̃ põtifex erat.Hæc ãt de hiſtoria ſũpta fuere.Nã ut

narrat Trā. Cū cæſar dñatōe abuteret̃ regnūq; affectaret:i ipm a ſexagīta & aplius fuit cōſpiratū.c.caſſio.M.q; & D.Brutis pricipibus cōſuratōis. Quāta mole.Quāto ſtudio. Caput.Vita cæſaris.De dardanio iulo.æneæ filio a quo gēs iulia originē duxit:ut Virg.quoq; teſtat̃.Iulius a magno demiſſū nomē Iulo.Iuli° āt cæſar de gēte Iulia ſolus reſtabat ſane Iulus ἀπὸ τοῦ ιουλοῦ.hoc ē a pria lanuginis & barbe emiſſiōe fuit appellat°.Eſt ēt iulus aial multipes parietib° adherēs ſimile ſcolopēdræ.Eſt ēt hymn° i cererē ut Didym° ſcribit.Vt uero theophraſtus ait aſinū quoq; ſignificat Iulis. Exercita Solicita.anxia. Tydidæ.Diōedis.q uenerē æneæ fauētē ipmq; nube opiētē ſagitta uulnerauit. Nūc male defenſæ.Quā ſubaudiamus. Cōfūdāt.ptur bēt. Sedes ſilētū.Inferoꝝ. Nā æneas duce ſybilla ad īferos deſcendit: ut carmīe uergiliāo,ēt pueris ē notū. In me acui.In iuliū cæſarē e ſāguīe meo ,p creatū. Cæde ſacerdotis.pōtificis cæſaris. Flammas extīguite ueſtæ religionē oēm atq; pietatē ne deſtruatis.Ad id uero alludit poeta: qd perpetuus ignis i ueſtæ tēplo ſeruabat̃ Ne qcq̄.Fruſtra.Neq; .n.,phibere potuit:qn Iuli° cæſar a coniuratis trucidaret̃. Supoſq; mouet.Deos ad miſericordiā cōmouet. Qui rūpe q̄q ferrea.Qui q̄uis inqt duras fatoꝝ leges mutare nō poſſint:multis tñ ſignis declararūt hoībus ſe ualde cæſaris cæde mærere. Ferrea decreta.Duras & īmutabiles leges. Veteꝝ ſoroꝝ. Parcaꝝ & fatoꝝ. Signa tñ luctu. Cæſaris cædē euidētibus ,pdigiis:q̄ ēt enūerant̃: denūciata fuiſſe mortalibus aperte poeta ſcribit̃. Luctus futuri.Mærois toti terrarum orbi futuri propter iulii cæſaris cædem Arma ferunt inter nigras. Prodigia enūerat poeta q̄ aū cædē iulii cæſaris apparuiſſe tranqllus quoq; & plut.ſcribūt. Arma crepitantitia.ſtrepitū emittētia. Præmonuiſſe.pnunciaſſe. Nefas.nefādā ac ipiā cæſaris pōtificis maximi cædē. Lurida luīa.pallida. Sollicitis terris. anxiis mortalibus neqd magnæ calamitatis ſibi īpēderet timētibus. Sæpe faces uiſæ.ſæpe inqt faces ardētes i cælo aū cædē iulii cæſaris uiſæ fuerūt. Sæpe inter nībos.Sæpe inqt ſāguine pluit. Cærulus lucifer.obſcurus cū alioq nitidiſſim° ſoleat eē Sparſus uultū.Reſpſū & tectū os hñs. Atra ferrugine.Nigro colore. Spſi lunares ſāguīe curr°. Luna ipſa ſāguineis guttis reſpſa uidebat̃. Stygius bubo.Funeſtus.ē.n.auis peſſimi ominis. Ea uero apparuiſſe portēta ait poeta q̄cunq; maximoꝝ maloꝝ pnuncia ſolent eſſe:. Mille locis.Multis ī locis.Finitus eſt nūerus ,p infinito poſitus. Ebur ebuneæ deoꝝ ſtatue. Sctis lucis.ex ꝑpoſitio & uenientia ſubaudiant̃.ſancti uero luci dñr quod diis cōſecrati cædi iure nō poſſunt. Victia nulla litat Nulla inqt hoſtia deos ſignificat eē placatos.Id uero cæſari eueniſſe quo die fuit trucidat° ſcribit.tranquillus.Nā plurib° hoſtiis cæſis cū litare nō poſſet itroiit curiā ſpta religiōe. Magnos tumult°.magnā reꝝ mutatōem. Inſtare.iminere.īpēdere. Fibra mōet.exta ſignificāt: Cæſūq; caput.Reciſū.Nā exta ſine capite ſignificāt mortē alicui īminere. Nocturnos canes ululaſſe.Nocte canes ululatibus lupoꝝ ſimiles uoces emiſiſſe. id qd peſſimū ē omen. Vmbraſq; ſilētū.Mortuoꝝ aīas. Motāq; trēoribus urbē:terræ motu urbe Romā fuiſſe cōcuſſam ait. Præmonitus deū.ꝑdictōes,pdigia & portēta deoꝝ.Legē.n.fatoꝝ ne dii qdē prūpe poſſunt. Fata uero magis ,puideri q̄ uitari poſſūt. Strictiq; ferunt̃ i tē.gla. In curiā pōpeii:i q̄ ſenat° hēbat̃.Dii āt cōſultarūt coniurati utꝝ illū in campo p comitia tribus ad ſuffragia uocātē ptibus diuiſis e pōte deiicerēt atq; exceptū trucidarent.an in ſacra uia uel in aditu theatri adorirent̃.Poſteaq̄ uero ſenatus idibus martiis in curia pōpei fuit edictus facile tps° & locū ptulerūt. Tū uero cytherea.Mulieris iminenti piculo territæ geſtum exprimit poeta.ſolent.n.mulieres in magnis doloribus utriſq; manibus pectus pcutere. Molit̃ condere.præpar ataut abſcōda:

Cum iunone magis:qd nunc antiqua recordor
Dāna dei genieris:tior hic meminiſſe priorum
Non ſinit.in me acui ſceleratos cernitis enſes:
Quos ,phibete ꝑcor: facinuſq; repellite ne ue
Cæde ſacerdotis flammas extinguite ueſtæ.
Talia ne quicq̄ toto uenus anxia cælo
Verba iacit:ſuperetq; mouet: qui rumpere q̄q
Ferrea non poſſunt ueteꝝ decreta ſororum:
Signa tamen luctus dant haud incerta futuri.
Arma ferunt inter nigras crepitantia nubes.
Terribileſq; tubas auditaq; cornua cælo
Præmonuiſſe nefas: ſolis quoq; triſtis imago
Lurida ſolicitis præbebat lumina terris.
Sæpe faces uiſæ mediis ardere ſub aſtris:
Sæpe inter nimbos guttæ cecidere cruentæ.
Cerulus & uultum ferrugine lucifer atra
Sparſus erat.ſparſi lunares ſanguine currus.
Triſtia mille locis ſtygius dedit omina bubo.
Mille locis lachrymauit ebur:cantuſq; ferunt̃
Auditi:ſanctis & uerba minantia lucis.
Victia nulla litat:magnoſq; inſtare tumultus
Fibra monet: ceſumq; caput reperitur in extis.
Inq; foro circumq; deos: & templa deorum
Nocturnos ululaſſe canes:umbraſq; ſilentum
Erraiuſſe ferunt motamq; tremoribus urbem.
Non tamen inſidias uenturaq; uincere fata
Præmonitus potuere deum:ſtrictiq; feruntur
In templum gladii.nec enim locus ullus ī urbe
Ad facinus diramq; placet niſi curia cædem.
Tum uero cytherea manu percuſſit utraq;
Pectus: & ætherea molitur condere nube:

Q ua prius infeſto paris eſt ereptus atridæ
Et diomedæos Aeneas fugerat enſes.
Talibus hanc genitor.ſola inſuperabile fatum
Nata mouere paras:intres licet ipſa ſororum
Tecta trium. cernes illic molimine uaſto
Ex ære & ſolido rerum tabularia ferro:
Q uæ neq; concuſſū cæli.neque fulminis iram
Nec metuunt ullas tuta atque æterna ruinas.
Inuenies illic incluſa adamāte peréni
Fata tui generis.legi ipſe animoque notaui
Et referam:ne ſis etiamnum ignara futuri.
Hic ſua conpleuit:pro quo cytherea laboras:
Tempora:perfectis quos terræ debuit annis.
Vt deus accedat cælo templiſque colatur:
Tu facies natuſque ſuus:qui nominis heres
Impoſitum feret unus onus: cæſique parentis
Nos i bella ſuos fortiſſimus ultor habebit.
Illius auſpiciis obſeſſæ mœnia pacem
Victa petent mutinæ.pharſalia ſentiet illum:
Aemathiiq; iterum madeſcent cæde philippi:
Et magnum ſiculis nomen ſuperabitur undis.
Romaniq; ducis coniunx ægyptia tædæ
Non bene fiſa cadet:fruſtraq; erit illa minata
Seruitura ſuo capitolia noſtra canopo.
Q uid tibi barbariam gēteſq; ab utroq; iacētes
Oceano numerem:quæcunq; habitabile tellus
Suſtinet:huius erit.pontus quoque ſeruiet illi.
Pace data terris animum ad ciuilia uertet
Iura ſuum:legeſque feret iuſtiſſimus auctor:
Exemploq; ſuo mores reget:inque futuri
Temporis ætatem uenturorumque nepotum
Proſpiciens:prolem ſancta de cōiuge natam
Ferre ſimul nomenque ſuū curaſque iubebit.
Nec niſi cum ſenior ſimiles æquauerit annos:
Aethereas ſedes cognata que ſidera tanget:

Qua prius infeſto paris ut narrat homerus:cum Menelao congreſſus ope & auxilio ueneris.q̄ nube ipſum opuit:manus illius fugit. Et Diomedeos Aeneas cū diōede cōgreſſus facile iterfectus fuiſſet:ut ē apud Ho. niſi a uenere fuiſſet liberat⁹. Talibus hāc genitor.Alloqt̄. Sola iſupabile fatū nata mouere.Cū iterrogatōe illuſiōis plena hæc a Ioue ueneri dr̄. Mouere.mutare.Intres licet ipſa.tu ipſa inqt itrare potes parcarū & fatorū ædes. Rerū tabularia.Tabulæ areæ in qb⁹ imutabilia fatorū decreta ſūt icīſa. Vaſto mo.Vaſtæ magnitudinis: Cōcuſſū cæli.cōcuſſioné.ē āt tonitru piphraſis: Adamāte peréni.ppetuo icorruptibili. Incluſa ſculpta.icīſa. Fata tui gñis.Ea oīa q̄ tuo generi neceſſario ſūt euētura. Et referā.pulchra phātaſia ad laudes auguſti cæſaris referēdas igredit̄.poeta. Hic ſua cōpleuit.ſextū & qnq̄geſimū ætatis annū agēs cæſar i ſenatu fuit iterfectus. Natuſq; ſuus octaui⁹ quē ex dodrāte hæredē cæſar reliqt & i familiá nomēq; adoptauit. Impoſitū on⁹.ipii admiſtratōem. Cæſi parētis nos i bella ſuos.nos ſibi i bellis fauētes.nā bella ciuilia qnque geſſit auguſt⁹ mutinēſe. Philippēſe puſinū.ſiculū.actiacū:quorū quatuor priorū initiū & cām a cæde cæſaris ſūpſit:nihil cōueniētius ducēs q̄ necē auūculi uindicare illiuſq; acta tueri. Illius auſpiciis.Illius ductu.Nā cū D.Brut⁹ mutinæ a.M.antonio obſideret̄:iuſſus ē a ſenatu octauius cōparato exercitui p̄ p̄tore p̄eſſe: & hircio ac pāſa cōſulibus.D.Bruto opē ferre. Petēt pacem. Quærēt pacē & liberatōem. Pharſalia ſentiet illū. Pharſalus urbs ē Theſſaliæ a pharſalo acriſii filio dicta.Vñ pharſalia decīnat̄ ac p̄ theſſalia pōit̄:i quabis Romani exercit⁹ cōflixere ducib⁹ primū pōpeio & cæſare.Deīde octauio & antōio cōtra brutū & caſiū.Eſt ēt pāpiliæ urbs pharſal⁹. Emathii philippi.macedōici.Nā philippi urbs ē macedōiæ:q̄ pri⁹ crenides uocabat̄:a philippo rege cognomiata.Nā crenitis a thracib⁹ opp̄ſſis cū opē tuliſſet philipp⁹ urbē eorū de ſuo noīe philippos appellauit.bellū āt philippēſe inita cū.M.antōio & lepido ſocietate aduerſus brutū & caſiū octaui⁹ geſſit. Et magnū ſiculis nomē.ſextus pōpeius magni pōpeii filius cū diu piraticā exercuiſſet magna claſſe cōparata ſiciliā occupauit ac ſæpi⁹ p̄lio nauali cū auguſto congreſſus uictor euaſit.tandē uero magna edita pugna ab auguſto ſupatus mitylēas aufugit:Vbi a titio quodā fuit iterfect⁹ Rōaniq; ducis cōiūx Aegyptia cleopatræ ē piphraſis.q̄.M.antōius cū duxiſſet uxorem italiā iuadere tēptauit:ſed auguſtus illis occurrens apud actiū p̄mō otiū nauali p̄lio deuicit. alexādria deīde potitus:quo antōi⁹ cū cleopatra cōfugerat cū antōiū ipſū ad mortē adegiſſet:cleopatrā cū maxiē cupet ad triūphū ſeruare nō potuit.aſpidis namq; morſu añ iteriit. Tædæ nō bñ fiſa.nō bñ cōfiſa nuptiis.M antōii:nā & regnū & uitā amiſit. Nr̄a.ca. Nobis dicata.Vñ & capitolius iupiter fuit appellatus. Suo canopo ſibi placēti ac grato.ē āt canop⁹ urbs ægypti a canobo nauis Vlyſſis gubernatore cognomiata. Ab utroq; oceāo.oriētali & occidentali p̄dicit āt ueneri iupiter auguſtū cæſarē toti⁹ orbis terrarū ipio potiturū. Pace da.ter.ani.ut trāqll⁹ narrat auguſt⁹ plera peſſimi exēpli correxit q̄ i pniciē publicā aut ex cō ſuetudīe licētiaq; bellorū ciuiliū durauerāt:aut p pacē ēt extiterāt.leges p̄terea retractauit & q̄ſdā ex itegro ſāxit:ut ſūptuariā d adſteriis & d ipudicitia & de maritādis ordib⁹. Prolē ſā.d.uir.na.tiberiū dicit.q ex liuia nat⁹ ab auguſto adoptat⁹ ex dimidia ſextāteq; & noīe hæres fuit relict⁹.Curaſq;.ipii admiſtratōem. Nec niſi cū ſenior.vi.&.lxx.ætatis anno augu.uitā i oſculis liuiæ expirauit.In nūerū ēt deorū illū fuiſſe receptū poeta ait. Siſes annos.Epithetō ē annorū p̄priū.Nihil.n.eſt ſibi ſiſius annis:q ſp i ſe reuertūt. Cognata ſidera:

Auguſti cæſaris laudes

 

Ad romuli & cæſaris ſtellas aſcendet. Hanc animā interea.hortat̄ uenerē iupiter Vt iulii cæſaris animā.in ſtellam cōmutet.Quod q̄dem idcirco fingit̄ q̄a ludis quos illi primo conſecratos hæres auguſtus edebat:ſtella crinita p̄ ſeptem cōtinuos dies fulſit exoriens circa undecimā horā creditumq; eſt eſſe aīam Cæſaris in cælum recepti.Et hac de cauſa ſimulacro eius in uertice addit̄ Cometes:q ut ſcribit Plinius in uno totius orbis loco colitur Romæ admodū fauſtus Diuo auguſto:q his uerbis ſuū gau diū prodidit.His ipſis ludoꝝ meoꝝ diebus ſidus crinitū p̄ ſeptem dies in regione cæli ſub ſeptemtrionibus eſt conſpectū.Id oriebat̄ circa undecimā horam

Hanc animan interea cæſo de corpore raptā
Fac iubar: ut ſemper capitolia noſtra forūque
Diuus ab excelſa proſpectet iulius æde.
Vix ea fatus erat: media cum ſede ſenatus
Conſtitit alma uenus nulli cernenda: ſuique
Cæſaris eripuit membris: nec in aera ſolui
Paſſa recentem animā cæleſtibus intulit aſtris.
Dumq; tulit: lucem capere atq; igneſcere ſēſit:
Emiſitq; ſinu: ſimul euolat altius illa:
Flammiferumq; trahens ſpatioſo limite crinē
Stella micat: natiq; uidens benefacta fatetur
Eſſe ſuis maiora: & uinci gaudet ab illo.
Hic ſua præferri quāquā uetat acta paternis:
Libera fama tamen nulliſq; obnoxia iuſſis
Inuitum præfert: unaq; in parte repugnat.
Sic magnis cedit titulis agamēnonis atreus:
Aegea ſic theſeus.ſic pelea uincit achilles.
Deniq; ut exēplis ipſos æquantibus utar:
Sic & ſaturnus minor eſt ioue.iupiter arces
Temperat æthereas: & mūdi regna triformis.
Terra ſub auguſto ē.pater ē & rector uterq;.
Dii p̄cor Aeneæ comites: quib⁹ enſis & ignis
Ceſſerunt: diiq; indigetes genitorq; Quirine
Vrbis: & inuicti genitor Gradiue quirini:

diei:clarumq; & omnibus terris cōſpicuū fuit.Eo ſignificari uulgus credidit cæſaris aīam inter deoꝝ īmortaliū numina receptā.quo nomine id inſigne ſimulacro capitis eius.qđ mox in foro conſecrauimus adiectū eſt. Iubar:ſtellā. Ab excelſa æde.Ab alto cælo. Numen capere.Diuinitatem cōtrahere. Flāmiferū crinē.comete exprimit definitionē cometes enim ſtella eſt crinita. Micat.ſplendet. Hic ſua p̄ferri.q̄uis inq̄t auguſtus uetet ſua geſta p̄ferri meritis Iulii cæſaris ſui parētis:fama tñ illū antepo nit inuitū:atq; in hoc uno populi iudiciū Auguſti ſñiæ repugnat ſtolidus uero ille hunc poetæ ſēſum in contrariū uertit.Fama inq̄t ī cæteris fauet auguſto.In hoc ei aduerſat̄:quod ſe patri p̄ferat. Vna ī parte.In hac una re.In reliqs.n.morem Imperatori auguſto gerit. Sic magnis cedit titulis.Iuliū. cæſarem gaudere ſe rerū geſtarū magnitudine a filio auguſto ſupari accōmodatiſſimis probat exēplis poeta.Notius eſt aūt q̄ ut hoc loco exponi debeat: Agamennonem cuius ductu troia fuit euerſa:multo q̄ Atreus pater maiora geſſiſſe.nec nō Theſeum atq; achillē parentes ſuos Aegeū & Peleū Virtute & rebus geſtis longe ſupaſſe. Deniq; ut exemplis tria q̄ adduxit exempla Ouidius uiroꝝ q̄dem p̄ſtantiſſimoꝝ fuere.ſed Iulio & auguſto cæſaribus:q in numerū deoꝝ relati fuere:accōmodata minus eſſe uident̄ eoq; deoꝝ exemplis illud idē poeta demonſtrat. Exēplis ipſos æquantibus Aequalibus ipſis Iulio & auguſto cæſaribus. Temperat.Moderat̄ & regit.Hoc aūt eo ſpectat:ut oſtendat poeta ſe merito auguſtū ioui comparaſſe. Arces æthereas.cælum. Mundi triformis.Ex cælo athere & aere conſtantis.Horum:n.regnū ioui attribuit poeta.Terrā autem ſub auguſti imperio eſſe ait. Pater eſt & rector uterq;.Iupiter & auguſtus.iupiter quidem ſuperiorum mundi partium.auguſtus uero inferiorum terræ & maris.Sic Vergilius in auguſti gloriam Nocte pluit tota redeunt ſpectacula mane Diuiſum imperiū cum ioue cæſar habet. Dii precor Aeneæ comites.Deos penates Veſtamq; & Romulū & martē apollinemq; & Iouē alioſq; præcatur poeta:ut diu auguſtus in terris maneat.ſero autem in cælum recipiatur.Sic & Horatius in primo carminum libro . Serus ī cælum redeas diuque Lætus interſis popuol Quirini. Dii comites Aeneæ Periphraſis eſt penatum deorum:quorum ope Aeneas ex hoſtium enſibus & troiæ incendio fuit liberatus. Dii que indigetes.Qui ex hominibus dii ſunt effecti indigetes latinis fuerunt uocati.uidetur autem poeta in uocare Aeneam:quem paulo ante in deum indigetem immutatum fuiſſe ſcripſit. Genitorque Quirine Vrbis. Romulum qui & quirinus fuit appellatus:Vrbis Romæ fuiſſe conditorem ne admonēdum eſt quidem: cum ſi uulgatiſſimum. Et inuicti genitor gradiue Quirini.Ex Marte qui & gradiuus dicitur:Romulum natum eſſe paulo ante ſcripſit poeta. Veſtaque cæſareos.Templum deæ Veſtæ in Palatio erat:ubi habitabant Imperatores. Phœbe domeſtice.Vt ſcribit Tranquillus Apollinis templum in ea parte Palatinæ domus excitauit Auguſtus:quam fulmine ictam deſiderari a deo haruſpices pronunciarunt : addita porticu cum bibliotheca Græca & latina. Quique tenes altus Tarpeias iupiter arces.Altus quidem legitur in omnibus quæ mihi uidere contigit exemplaribus . Sed latius magis ſenſui poetæq; eruditioni conuenire uidetur Nam latialis Iupiter in capitolio colebatur. Quoſque alios uati.Omnes deos in homines beneficos complectitur.

hoc uerſu poeta. Quia caput Auguſtū.hoc eſt qua auguſtus in ſedes deorum cæleſtes:orbe terrarum quem gubernat:relicto transferatur. Abſens.in Cælum receptus.Tunc enim præſens ſupplicibus fauebit. Optat autem poeta:ut diutiſſime uiuat auguſtus præſenſq; Romanis opituletur.

i Amq; opus exegi.Moris eſt fere poetarum:ut in ſuorum operū fine aliquid de ſe dicant .ſic Vergi. quartum georgicon cludit.

Hæc ſuper aurorum cultu pecorumq; canebam. Et ſuper arboribus cæſar cum magnus ad altum. Fulminat euphratem.Hanc conſuetudinem Ouidius in fine operis imitatus non nulla in cōmendationē operis ſui ait.Sic Horatius.Exegi monumentum ære perennius.Regaliq; ſitu pyramidū altius. Quod non imber edax.non aquilo impotens:Poſſit diruere:aut innumerabilis annoꝝ ſeries & fuga tempoꝝ.Veriſſimus aūt fuit uates Ouidius Cum enim hactenus tot belloꝝ incendiis quibus priora ſecula fuerunt uexata:abſumptum non fuerit: Vero ſimillimum eſt tam facili præſertim deſcribendi libros arte excogitata ſemper eē duraturum ac elegantiſſimo cuiq; ingenio maximæ uoluptati futurum.Quanti uero hoc opus faceret poeta hinc facile apparet:quod nulla in ipſum unq̄ interituꝝ ſibi pſuaſit. Exegi.Perfeci. Iouis ira.aſpera tempeſtas.fulmen. Edax uetuſtas.Omnia rodens & corrumpens. Abolere:Delere.ad nihilum redigere.

Cum uollet illa dies.De morte ſe nihil curare ait: quando ſuum & opus & nomē immortale ſit futurum. Parte tamen meliore mei.Ingenio quo nihil melius contigere homini poteſt.Nam ut cicero in Bruto ſcribit.Hominis decus eſt ingenium. Ingenii uero ipſius eloquentia. Perennis.immortalis ac p omnes ānos duraturus. Indebile.Incorruptile.Immortale. Quaq; patet domitis..per totum orbem terrarum ſuum opus lectum iri colligit: cum illo tempore totus orbis auguſto pareret ac ubiq; latina lingua in uſu eſſet. Vatum præſagia.Poetarum diuinationes.

Veſtaq; cæſareos inter ſacrata penates:
Et cum cæſarea tu phœbe domeſtice ueſta:
Quiq; tenes altus tarpeias iupiter arces:
Quoſq; alios uati fas appellare piumq; eſt:
Tarda ſit illa dies: & noſtro ſerior æuo:
Qua caput auguſtū:quē tēperat: orbe relicto
Accedat cælo:faueatq; precantibus abſens.
Iamq; opus exegi:qd' nec iouis ira:nec ignes.
Nec poterit ferrū.nec edax abolere uetuſtas.
Cū uollet illa dies.quæ nil niſi corporis huius
Ius habet: incerti ſpatium mihi finiat æui.
Parte tamen meliore mei ſuper alta perennis
Aſtra ferat: nomenq; erit indelebile noſtrum:
Quaq; patet domitis romana potentia terris:
Ore legar populi,perq; omnia ſæcula fama:
Siquid habent ueri uatum præſagia:uiuam.

P.Ouidii Naſonis Metamorphoſeos finis

Raphaelis Regii Enarrationum in Ouidii metamorphoſin Finis.

¶Raphael Regius Clariſſimis equitibus Antonio Bulduno.Ioanni Franciſco Paſchalico.Dominico Bolla-
no eloquentiſſimis aduocatoribus felicitatem.

IMprudens ſimul & mei nominis neglector facile haberi poſſem Integerrimi aduocatores: niſi ali-
quot ex eaꝝ ineptiaꝝ:quæ mihi falſo aſcriptæ fuerunt:erroribus annotaſſem uobiſq; dicaſſem: nō
quod iſtiuſmodi nugas ueſtra tam excellenti doctrina eloquentiaq; dignas exiſtimem :ſed ut,inde
apertius cognoſcatis:& me atrociſſima iniuria fuiſſe affectum & eum librarium quem falſi reum
egi:Vobis impudentiſſime fuiſſe mentitum.Is.n.cum pro tribunali ipſi denūciaſſetis:ut & ſe defenderet. Vos
namq; in ipſum eſſe iquiſituros:& quotquot domi meæ enarrationum exemplaria haberet.publicæ cuſtodiæ
traderet:Veritus ne ut iuſtum eſt:comburerentur clamare cœpit:illa quæ mihi aſcripſiſſet ab hoīe docto com
poſita fuiſſe:eoq; mihi nullam ab ſe iniuriam fuiſſe illatam.Id uero tam perſpicue falſum eſt:ut illaꝝ ineptiaꝝ
auctor quiſquis fuerit.Mihi.n.ne nomine quidem eſt notus:non loquendi modo atq; exponendi imperitus:
uerum fatuus quoq; ab omniq; humanitate alienus eſſe depræhendatur.Si qua.n.prudentia foret:nunq̄ com
miſiſſet ut quæ ego ad communem ſtudioꝝ utilitatem ī Ouidii metamorphoſin opus tam uarium accurataq;
expoſitione indigens conſcripſeram:ipſe me uiuente ac id maxime agente:ut quam emendatiſſima ederent:
manum apponere ſuſtineret:cum præſertim is ſit :qui non dico poetaꝝ ſenſa expōere : ſed ne ab aliis quidem
plene enarrata percipere poſſit.Quod quidem cum ex barbariſmis atq; ſolœciſmis: quibus iſtius expoſitiões
ſcatent:tum ex ſenſuum uel perceptu facillimoꝝ peruerſione carminumq; deprauatione manifeſte colligi pōt
Vt nulla alia de cauſa imperitus iſte a perfido illo librario inductus eſſe uideatur:qui enarrationes meas iſtiuſ
modi ineptiis inquinaret q̄ ut me ubicunq; Romana uiget lingua.in oē tempus ſugillaret atq; infamaret.Niſi
.n.id quæſiſſet:tantiſper certe expectaſſet:dum ego totum opus relegiſſem:ac quæ librarioꝝ negligentia inuer
ſa putabam correxiſſem.Sed fœdiſſimaꝝ deprauationum ſibi conſcius:quas pleriſq; in locis: ut malignis qui-
buſdam & inuidis anſam in me debacchandi quærentibus obſequeretur:admittendas curarat.eum meis enar
rationibus finem appoſuit:quo & mihi in communem ſtudioſoꝝ iuuenum utilitatem uigilanti fœdiſſima ma
cula eſt iniuſta.& ii omnes:qui Ouidii metamorphoſin cum meis errationibus ſe emere putarunt:iniquiſſi-
me fuere decepti.Quod ſi ii grauiſſime puniuntur:qui in priuatis chirographis aliiſq; inſtrumentis falſi aliq̄d
admittunt:quo quis uel paucis pecuniis fraudetur:quanto maiore ſupplicio is eſt coercēdus: qui id genus fal-
ſi commiſit:quo non ſolum ab illa quantulacunq; doctrinæ fama:Vnde omnes noſtræ diuitiæ pendent omni
que honore:ſine quo iniucunda hominibus ingenuis eſt uita ſcelere perfidiſſimi iſtius librarii in omne tem-
pus ubicunq; Romana eſt in uſu:lingua iniquiſſime fui priuatus:ſed maximum quoq; ſtudiis detrimentum
fuit inuectum pauci namq; e doctis ut alia omittam quicquam opeꝝ ſuoꝝ emittere poſthac audebunt ueren-
tes ne id ſibi accidat:quod mihi quorumdam conſpiratione euenit. Quam obrem Integerrimi ſimul & elo-
quentiſſimi aduocatores ſtudiorum cauſam ſuſcipite iſtumq; falſarium ita coercete:ut aliis exemplo ſit:ne cū
maximo & auctoꝝ dedecore & diſciplinaꝝ detrimento ea flagitioſe corrumpant:quæ ad publicam utilitatē
fuere conſcripta.Sed cum præiudicio ueſtro iam ſit damnatus.nullaq; uobis ſit opus exhortatione:ad nō nul
los ex fœdiſſimis illius imperiti pædagogi erroribus:qui nomini meo falſo aſcripti fuerunt annotandos de-
ſcendamus.Quiſquis igitur iſte fuit:qui nulla humanitatis habita ratione tam improbe in mea inuaſit ſuaq;
falce obtuſa & rubigine confecta meam ſegetem ſuccidere conatus eſt:neq; boni neq; docti uiri officio eſt fun
ctus.Quam uero ſit ſcribendi peritus ex prima ſtatim ipſius expoſitione facile unicuiq; uel mediocriter docto
liquere poteſt.Ab hoc namq; uerſu initium ſumit:Oraq; uenturis aperire recentia fatis. Tages inquit ut ſcri-
bit Cicero libro de diuinatione.puerili ſpecie fuit cœpit affari aratorem.Ille territus clamans conſciuit totam
etruriam quæ uno conuentu Tagem loquentem audit.Sermo autem fuit exceptus & ſcriptus libris etruſcoꝝ
habituſq; eſt pro aruſpicina.Inde enim aruſpicia ſumpſit artem & principium. Lucanus.Sed conditor artis fin
xerit iſta tages.Plinius tamen non tagen.Sed delphon fuiſſe ſcribit.Tot eſſent in hac prima iſtius imperiti ex
poſitione annotanda:Vt unde potiſſimum principium ſumam ignorem: ſed cum uel lecta ſolum pulcherrīe
artificem prodat:paucis admodum ero contentus:Illudq; omittam quod hanc de tage hiſtoriam mihi paulo
ante ubi poetica illam deſcribere cœpit:perſpicue enarratam:iſte uanus commentator : ut ego quoq; hoc uer-
bo utar.in eum tranſtulit uerſum:cui minime conueniebat ut & a Tage exponere cœpiſſe uideretur:& cicero
nem in libro de diuinatione allegaret:quod quidem opus ſi diligēter:ut uult uideri:legiſſet : nunq̄ tam agre-
ſti ruſticaq; oratione uſus fuiſſet.neq; libro ſine illa in præpoſitione dixiſſet.& ſecundo appoſuiſſet:cum non
unum ſed duos Ciceronis de diuinatione libros extare ēt librarii non ignorēt.Ex hoc uero facile demōſtrat
iſtū alienis pedibus ambulaſſe:hacq; de tage hiſtoriā aliūde:q̄ ex ſecūdo ciceronis de diuinatōe libro ſūpſiſſe.
ſed qs ita loquitur:Tages puerili ſpecie fuit:cœpitq; affari aratorem.Ille territus clamās conſciuit totā etruriā
Profecto nemo:niſi plane barbarus & agreſtis ab omniq; elegantia alienus.Cur uero id omiſerit in hac re fe
renda hiſtoria:quod maxime ad eorum:quæ a poeta narrantur expoſitionem neceſſarium eſt.haud facile di
xerim:niſi fortaſſis eam breuitatis habuit rationem:ut & ſuperuacua aſcribat.& neceſſaria prætermittat.Oui-
dius quidem glebæ metamorphoſin in puerum deſcribit:de qua iſte ne uerbum quidem ullum facit non ta
citurus:niſi prorſus ē ſtolidus:ſi quæ ī ſecundo de diuinatōe libro a Cicerone de tage ſcribuntur legiſſet. In

de enim Ouidius quæ de Tage ipſo narrat ſumpſiſſe uidetur.Ita namq; cicero ſcribit.Tages quidam dicitur i
Tarquinenſi agro cum terra araret:& ſulcus altius eſſet ipreſſus.extitiſſe repēte:& eū affatus q arabat.Sed qui
iudicio carent in oībus fere uel minimis labuntur:Eoq; magis ſi malignitas quoq; igenii tarditati accedit: id
qd facile ex eadem expoſitōe demōſtrat.Ille territus inqt clamās cōſciuit totā Etruriā.Illa nāq; duo participia
impite fuerunt copulata.& illud libū cōſciuit citra.ſ.litterā fuerat ſcribēdū.Sed barbariſmi oēs quoſcūq; iſte ad
miſit:in librariorū negligentiā referant.Tantā uero bubulco fuiſſe uocē ut totā ſuo clamore concitauerit etru
riam:nemo unq̄ niſi plane fatuus affirmauit.Vt aūt alias iſtius ineptias omittamus qd ſubiicit:non ne iſtū pe
nitus ingenio carere oñdit?Inde inquit aruſpicina ſūpſit artē & principiū.Si haruſpicina eſt ars quo mō artem
aliunde ſumere pōt?Et putamus iſtū recte Quintiliani finē expoſuiſſe qui uel minimis quibuſq; tā pueriliter
labatur.Sed ne illud quidē quo pria iſtius expō cludit.ineptiis uacat.Plinius tñ inquit nō Tagen ſed Delphō
fuiſſe ſcribit.Vt.n.taceā.qd agreſtis eſt iſta locutio:Pliniū cuius uerba iſte nō pcipit a Cicerone Lucanoq; diſ-
ſentire ait:cū plinius Delphon primū haruſpicinæ inuētorē fuiſſe ſcribat.Cicero aūt & Lucanus Thuſcos illā
a Tage accepiſſe dicant.Illa uero quæ ſubiicitur expō facile demōſtrat iſtū ne rudimentorū quidē grammati-
ces eſſe peritū.Indigene inquit populi geniti & etruria. Pueri certe q̄tūuis rudes nō ex Etruria ſed in etruria
genitū eſſe aliquē dicerēt niſi forſitā iſte pſuaſit hoīes ut mures iterdū ex terra gigni ſolere. Quid?illud qd de
haſtæ Romuli iactu ex Plutarchi ſnīa ſcribit:nōne apte coarguit iſtū nō mō litterarū eſſe expertē:Verū commu
ni quoq; ſenſū carentē?Romulus inquit.ut ſcribit plutarchus lanceā Corneam iacula[t]us eſt expiendi ingenii
gr̄a.Quis unq̄ ingenii experiundi gr̄a aliquem haſtā iaculatum eſſe diceret?Profecto [n]emo niſi uecors:cū præ
ſertim apud plutarchum legatur.Sui experiundi gr̄a.hoc eſt ſuarū uirium.Illud quo[q;] de eadē arbore inſulſe
ab iſto fuit ſcriptum.Interiit aūt cum.C.Cæſar propinqua arbori loca fodi mandaret.Neq;.n.tunc exaruit ar-
bor illa:cū Cæſar mandauit illic gradus & aſcenſus inſtruendos.Sed cum radices a fabris fuerunt exciſæ.Verū
hoc iſtius tarditati remittatur.Illā lectōem quis in pedagogo pueros docente ferat?Cum cæſar loca fodi man
deret.Certe niſi poetica licentia ſe tueatur:Verberibus error iſte forte caſtigandus. Mādo nāq; ut cures & hāc
rem curandam mando eleganter latineq; loquentes dicunt.Quid(illa nonne eſt & impropria & falſa.Stabat.
Firma erat.Stare namq; nō firmū:ſed erectum eſſe ſignificat:Stare ſiquidem & columnæ & arbores dīr tantiſp
dum non cadunt.Illud minime mirandum in iſto commentatore nouo foret:qd quæ ſunt in carminibus de-
prauata non colligit niſi multa temerarie deprauaret.Hic.n.uerſus.At ſua fulminea qui uidit Cippus in unda
mendoſe legitur.neq; ab iſto emendat quod qdem primum expoſitoris eſt officiū.Tamet namq; in exempla
ribus at ſcriptum ſit:loco tñ illius hoc aduerbium ut eſt reponendū ita exigente ſnīa·quam iſte nondum per
cepit.De cipppo uero ne unū quidem uerbū facit pinde atq; ſi notiſſima hiſtoria foret.ac non & nomen & ap-
pellatio Cippus eſſet:id qd a diligenti grāmatico fuerat admonēdū:Sed quid in eo diligentiā exigo : qui ipſa
eſt negligentia?Id uero facile ex eo colligitur:qd de Roma ſcribit.Nam roma in latio erat.Erat inqt quaſi nūc
in latio non ſit roma.Sed in Apuliam cōmigrarit.Finis nō erit:ſi oīa iſtius errata perſequi libuerit. Verū illud
quoq; aperte oſtendit q̄ ſit aptus exponendis auctoribus impitus iſte pedagogus.Sūccinctis pinetis. Dēſis in
quit & alligatis pinetis.Nouas iſte expōnes iportat.Nemo ſiqdem grāmaticorū nūq aſeruit Succinctum dēſū
ſignificare.Succincta namq; pineta dñr:qd fere & ꝓcera ſint & iuxta cacumen ramos emittant.Vt ſuccincti mi-
lites appellantur altius cincti ac breuiores induti ueſtes.Sed illa quoq; q̄ infertur expoſitio ineptiis non caret.
Iugerū ēt non a iungendo:ut iſte putat:ſed a iugo ut Varro ait eſt declinatū.Quid?illa quæ ſubiicitur:nō ne fœ
diſſimum redolet ſolœciſmum?Portæ quoq; quā intraturus erat.Per portā intrare dicendū eſſe ne femellæ q
dem ignōrant illud euangelicū ſæpius audientes:qui non intrat p hoſtiū fur eſt & latro.Sed iſte licentia poeti
ca libēter Vti uī:quis poetæ nihil aliud habeat q̄ furorē?Quo qdem actus pleriſq; in locis q̄ nihil ad ꝓpoſitū
faciunt adducit:q̄ uero maxime neceſſaria ſunt ꝑtermittit.Sed utinā oīa ꝑtermiſiſſet:neq; tam inſulſa locutiōe
uſuſ fuiſſet.Inſula.Ea inquit erat in Tyberi facta eſt ſegete Tarquinii ſupbi:ut uoluit Liuius. Barbara ē & agre
ſtis neq; ab ingenuis agnoſcenda iſta ē ōrō:ruſq; uñ uenit ē remittenda.Hoc uero fuſtibus eſſet caſtigandū:qd
temerarius iſte Ouidiū agit impitiæ reū:falſoq; ab ab illo cuius uerba nō pcipit:Pliniū diſſentire ait.Oui.nāq;
ex ſnīa præſtantiſſimi cuiuſq; geographi:Delphos in medio orbis terrarū eſſe ait eſt.Iſte plinium falſo ait dice
re Italiam atq; ſiciliam eſſe medium mundi:qdqdem plinius ipſe nunq̄ ſcriptū reliquit:Cū geographi oēs id-
circo delphos umbilicū orbis terrarū eſſe dicāt:qd ſunt in meditullio orbis extructi. Sed pfido illi ſcotæ a quo
fuerat exigua mercede nulla alia de cā conductus:q̄ qd & fatuū ipſum cognoſcebat & impitum ſatiſfacere pul
chrū putauit.Vnde & mediū mundi ait.Sed quid orbis.quid mundus ſit qd mirū ē iſtum ignorare : cū ubiq; tā
pueriliter cadat.Quod.n.ait Epidaurū ēt inſulam fuiſſe i mari Ilyrico:q̄ nunc Raguſiū dicatur:falſum eſt cum
Raguſiū in cōtinenti ſit nec inſula unq̄ fuiſſe ſcribatur.Quod uero allegat ariſtotelē:facile iſtū quiſquis ſit:ma
ximum eſſe nebulonem oñdit:cum nec libri meminerit:nec illius ſcripta perceperit unq̄.Verū fatuus iſte ſibi
perſuadet expoſitiones illas maxime accuratas eſſe:in quibus multa preſtantum auctorum nomina ſint inſer
ta.Inſulſum ē & illud & falſum Qui nunc Auſonii nominantur. Nulli namq; ſunt populi in Italia qui nun
Auſonii uocentur.Sed ne illud quidem rectius ē litteris commendatum.Dicta eſt auſōia ab Auſonio Vlyſſis
filio.Auſoniam & Auſones populos antiquiquiſſ.olim Italiæ,ab Auſone non Auſonio uliſſis filio denomiatos

fuiſſe & alii geographi & Stephanus ſcribit. Illa quoq; expoſitio quæ infert᷑: ut omittã: qđ iſula eſt: defendi non
poteſt a ſolœciſmo: niſi hoc ꝓnomẽ ſe aſcribat᷑. Cõtẽdunt inquit legati exponere phœbi reſponſa & illo iuben
te æſculapium petere. ſed ne illud quidem recte eſt enarratũ. Variat ſnia. uariæ erant opiniones. Proprie namq;
ſniæ dicuntur in ſenatu. cum ſenatores aperiunt quid ſentiant de re: de qua conſultatur. Quod uero ſenatores
ait artynos a plutarcho appellari putidum eſt: cum neq; ad ptopoſitum faciat: nec cur ita appellentur exponat.
Quid? Illud nonne odioſe affectatum? Extrema pars diei inquit quæ a Macrobio dicitur ſuprema tempeſtas.
Quid. n. ad expoſitionem facit: ſi extrema pars diei a Macrobio ſuprema tempeſtas uocatur? Quod uero ait dif
finitio noctis: quæ ut ſcribit plinius eſt umbra noctis: Somnolentum eſſe iſtum pædagogum conuincit Nox. n:
eſt umbra terræ non noctis: Nihil. n. per ſeipſum definitur. ſed ne illa quidem expoſitio eſt approbanda. Con
ſiſtere. Apparere noctu Romanis. Quaſi uero conſiſtere ſit noctu apparere. Aut conſiſtere ante torum: ulla in
digeat expoſitione. Sed qualis in æde. Quæ de Macrobio iſte deſcripſit de draconum formis: nihil ad huius
loci faciunt expoſitionem. Quod uero maxime eſt neceſſarium: nihil exponit qualis in æde æſculapius colere
tur. Fatue autem colitur pro colebatur poſuit: cum æſculapius nuſq̃ nunc colatur: niſi forte inſanus iſte illi quo
tidie ſacrificat: ut ſibi mentis ſanitas reſtituatur: qua ipſum carere etiam quod ſubicitur oſtendit. Ad templa ope
roſa: opere inquit ellaborata. Templa namq; operoſa dicuntur multis operis multoq; labore cõfecta. Cum ue
ro ellaborata per duplex ll. ſcribat: facile declarat ſe non minus ſcribendi q̃ loquẽdi eẽ imperitum: ſed & iſte &
alii barbariſmi in librario: ut dixi: incuriam referantur. Illa uero q̃ accurata? q̃ apta eſt expoſitio. Deus aureus.
Ceruleus inquit ut ſolent ſerpentes. Quid iſto inſulſius? Ceruleus namq; ab aureo ſic eſt diuerſus: ut nullam
cum illo habeat affinitatem. Verum poeta ad aureum ſimulacrum alludit. Sed ne illa quidem citra ineptias. In
ſerpente deus. in ſerpentis formam. Immo uero in ſerpente deum fuiſſe poeta ait. Nec illa. Littora ſcyllæa. ſco
pulus ſcyllæ ſi aliter exponere nolebat: ſaltem per accuſatiuum enunciaſſet. Quæ uero ſubiicitur eſt ne expoſi
tio an confuſio potius appellanda? Iapygia inquit a Iapte Dedali filio: ut plinius ſcribit: ea a Græcis meſſapia uo
cata eſt: auctor Strabo q̃uis Plinius Meſſapiam ſcribat calabriam eſſe a duce appellatam. Quid primum in iſta
repræhendam expoſitione? Omnia namq; forẽt tranſuerſo calamo notanda: cum neq; a iapte iapygia ſed a Ia
pyge dedali filio dicatur. & Strabonem pliniumq; inuertat. & in ſingulis nihil mihi eſt ĩmorandũ. Fatua quidẽ
eſt ẽt illa. Leuis remis. In leuã ptẽ remigant bus: cum remi nũq̃ remigare dicãtur. Ac ea quidẽ quæ uel cæcis
aperta ſũt: ut eſt in ꝓuerbio: nouus iſte cõmentator exponit. Quæ uero ſunt abſtruſiora: de iis ne ullã quidem
facit mentionẽ. De amphryſiis ſaxis & celeniis perinde atq; ſi loca eſſent omnibus uulgatiſſima: mirꝫ agit ſilẽ
tium. Quod quidem ſi & ĩ aliis feciſſet. rectius ſibi cõſuluiſſet. neq; ſibi ꝑmiſiſſet ea deprauare: q̃ nihil ꝑcipiebat
Nã temerarius iſte pædagogus: qui ſibi falſã ſcientiæ ĩduit ꝑſuaſionẽ: id ĩmutare auſus eſt: qđ q̃uis mihi quoq;
deprauatũ uideat᷑: ĩ oĩbus tñ exẽplaribus & uetuſtis & nouis q̃cũq; mihi uidere cõtigit: uel Romechiũ uel Ro
metiũ eſt ſcriptũ. Quæ quidẽ nõia cũ nulla cũ plemyrio: qđ loco eorꝫ citra ullã priſtinæ lectiõis mentionẽ iſte re
us loca italiæ maritima ad quæ uectus ẽ æſculapius enumerat. Quare iſtius temeritas in deprauandis codici
bus nõ uerbis ſed uerberibus coercẽda foret. Ego quidẽ multũ diuq; dubitaui quo mõ foret legendum: & q̃q̃
exiſtimẽ me correxiſſe: nihil tñ in uerſu ĩmutare auſus qđ nullũ uidi exemplar: qđ mihi aſtipulet᷑. Sed ut tritũ
eſt ꝓuerbium ſtolidis morionibu q; oĩa ꝑmittunt᷑. Age uero q̃ ſcite caulona exponit? Montẽ inquit calabriæ
uel oppidũ ut plinius tradit. Immo & mõs & oppidũ ẽ caulon q ẽt aulon uocat᷑. De Narycia uero nullã facit mẽ
tionem nõ taciturus: ſi quid unq̃ de illa legiſſet. Quid uero illa ſibi uerba in leucoſiæ expoſitõe uelint uiderit ip
ſe. q̃ inquit hoc ĩ loco iniecta periit. Obſcuriora certe ſũt q̃ ut exponenti cõueniãt. Sed quid ineptias iſtius inſe
ctor? oĩa uel ſpõgia delẽda uel igni tradenda forẽt. omitto igit᷑ qđ tepidum pro amœno exponit. & illud. ĩ quo
oppido uno anno bis roſæ naſcebant᷑. Nam & ille ablatiuus uno redundat & nũc quoq; bis anno roſæ naſcũt᷑.
Sed quid de capreis dicemus: quas & iſulas cãpaniæ eſſe ait & papinio chæleboas uocari? Capriæ namq; nõ ca
preæ dñr. neq; plures ſũt inſulæ ſed dũtaxat una. Neq; a papinio cheleboe appellant᷑: ſed teleboũ ſedes fuiſſe aſ
ſeruntur. Quid qđ ſciolus iſte pædagogus ſi diis placet: ouidiũ ſugillare atq; irridere conat᷑? cur aũt inquit Oui
dius generoſo palmite dixerit: uiderit ipſe. Perinde atq; ſi uinũ Surrhentinũ apud priſcos maxĩo in ꝑtio nõ fu
iſſet. illud uero qđ ait. Nõ ſtabias ſed ſtatinas eſſe legẽdũ: nõ ne iſtũ & ſenſu & flagris ĩdigere oñdit: cũ ſtabias &
exẽplaria habeãt. & Plinius oppidũ eſſe cãpaniæ ſcribat. qđ abierit in uillas? Niſi iſtius pædagogi temeritas re
tundatur: oĩa uĩ corrupturus: ſed quid multa de iſtius erratis cũ plura pene ſint q̃ uerba? Qua pp finẽ faciam: ſi
prius illud teſtatus fuero me ignorare: quid ſibi illa expoſitio uelit. ſinueſſa ĩ ſetano ſita ẽ ſitu a quo nomẽ uen
dicat. Ei ꝓximæ calidæ ſũt balneæ. Illud quoq; me deponere calamũ uolẽtẽ detinet: qđ Ancõ illo in loco ab iſto
& legitur & exponit᷑. Et ſpiſſi litoris anchõ. Anchon ĩquit græca ciuitas ẽ a ſyracuſanis cõdita qđ q̃dẽ uerꝫ eſſe
nõ diffiteor: cũ geographi oẽs id tradãt. Sed Aeſculapius ꝑ mare tyrrhenenũ uectus eſt Romã: nõ ꝑ adriaticũ:
a quo anconæ muros lancinari ẽt nauiculariis eſt notũ. Nõ ſolũ aũt geographie ratio iſti repugnat deprauatæ
lectõi: ſed ẽt hiſtoria: quã diffuſe Valerius deſcribit. quæ uero ab iſto ſubiiciunt᷑ de Apollinis & fortunæ tẽplo
fata ſunt & inſulſa. neq; a Valerio ſcribunt᷑. illud uero inſulſiſſime dictũ eſt. C. cæſarem laudat: ut oſtendat ſe ſũ
pſiſſe principiũ a chaos & ad cæſarẽ ꝑueniſſe. Neq;. n. Oui. pp illud cæſarem cõmẽdat. ſed in gratiã auguſti ut &
elegantius metamorphoſin aĩæ cæſaris in cometẽ cũ ſupioribus connectat. Illa uero non ſolum inepta: ſed fal

ſa quoq; eſt expoſitio.præponēdus eſt auguſtus cunctis Cæſaris geſtis.Ouidius nanq; hoc non ait:ſed adopti
onē Auguſti oībus Cæſaris geſtis anteferendā cēſet:Falſum eſt illud quoq; qd fatuus iſte refert. Flāmas ueſtæ
Hoc ideo dicit:quoniā ut tradit Feneſtella ueſtales flagris cædi iubebātur a pontifice:ſi ignis ſanctus eſſet extin
ctus.Hoc enim non ſentit Ouidius.ſed per flamas ueſtæ intelligit religionem.Sed ne illud quidem eſt uerum:
quod parcas a partu ex ſententia fabii dictas eſſe ait.Quid: illud eſt ne accurrate expoſitum?Media cum ſede ſe
natus.Venus inquit in curiam Pompeii Vbi cæſar fuerat occiſus a nullo perſpecta deſcendit.Non enim fuerat
occiſus ſed erat occidendus.ſcribere debebat iſte pedagogus.Ante q̄ enim occideretur cæſar:jam uenus in ſe
natum deſcenderat:ut illius animam exciperet in cælūq; tolleret.illud uero nihil percipiens in contrarium uer
tit ſenſum. Vnaq; in parte repugnat.Fama inquit in cæteris fauet Auguſto.In hoc ei aduerſatur quod ſe patri
præferat. Non ſolum aūt Ouidio ſed ſibi quoq; ipſi contradicit.Nā paulo ante ait. Fama præponit auguſtum
Iulio cæſari:q̄uis ipſe hoc nollet.Nunc uero contrarium ait.Illud quoq; perperam exponitur:Pater eſt & rector
uterq;.Vterq; inquit Iulius & auguſtus Immo uero iupiter & auguſtus.Tale eſt.n.quale illud uergilianū. No
cte pluit tota redeunt ſpectacula mane Diuiſum imperium cū ioue cæſar habet.Hoc uero qui non uidet:expo
nendis auctoribus nihil eſt aptus.Sed de pædagogi iſtius temerarii ineptiis plura q̄ propoſuerā:non tam q͞ ul
la annotatione digna putarim:q̄ ut & uos Eloquentiſſimi aduocatores & p uos ſtudioſi oēs cognoſcerent iſti
uſmodi ieptias meis enarratiōibꝰ nulla alia de cā a ſcelerato illo librario fuiſſe aſcriptas:q̄ ut me meaq; oīa euer
teret ac ubiq; & in oē tempus infamaret:auſamq; inuidis ac ſemi doctis quibuſdam in me debacchandi præbe
ret.Valete clariſſima eloquentiæ ſenatuſq; Veneti ornamenta.

Raphael Regius Paulo Cornelio Patritio Veneto Doctiſſimo Sapientiſſimoq; Senatori felicitatēm.

EX relectione meaꝝ in Ouidii metamorphoſin enarrationum:quas octauianus quidam ſcota primū
impreſſit deprehendi q̄plurima & fœdiſſime quidem ſiue librarioꝝ incuria ſiue inuidoꝝ quorun
dam conſpiratione.ſiue potius utroque fuiſſe deprauata:& me quoq; dum librariis ipſis ad finem p
perantibus moram gerere q̄ precipienti Horatio:ut ſiquid ſcribimus in aliquod tempus reponatur
nonumq; prematur in annum:parere malo in quibuſdam lapſum eſſe animaduerti. Quæ quidem niſi in hac
ſecunda editione correxiſſem:& de ſtudiis male meritus eſſe.& iſtis uigilatoribus:q uel ea q̄ recta ſūt:damnare
ſolent:anſā maximā in me debacchādi pbuiſſe uideri poſſem.Nunc uero cū ea q̄ cū feſtinatōe:tū iſtoꝝ maligni
tate deprauata eſſe in tranſcurſu cognoui:emendarim:& bone mentis iuuenibus optime conſuluiſſe & os iſtiſ
obtrectatoribus ita uideor obſtruxiſſe:ut Cerberi more uanos dūtaxat latratus in auras rabiē ſuā indicantes
edere poſſint.Quis.n. niſi impudēs Vanuſq; nebulo illius opis:qd me & inſcio & inuito citra ullā caſtigationē
meā ſit editū:errores quos uel in prima editione Emēdaturus ſi licuiſſet:erā: Vt ouidii carmē iſtis obiicere mo
liar:& in ſecunda correxi:mihi duxerit īputandos?Neq; ignoro non nulla in hac quoq; ſecunda editōe & noui
iſtius artificii difficultate & librarioꝝ incuria admiſſa dephenſū iri:ſed illa tum leuia tū quæ facile unuſqſq; uel
mediocriter doctus citra ullā admonitōem poſſit emendare.Quæ qdē notatu digna iſtis nebulōibus malignis
facile uidebuntur.q tametſi nihil eximioꝝ operꝝ citra alienas expoſitōes pcipiant:plegereue audeant nūq̄ tn̄ p
quos pficiunt:lacerare deſiſtunt.Sed ut q miliū ſemināt:paſſerculos cōtemnere in trito eſt puerbio:Sic ego Va
nas iſtoꝝ uoculas:dum pbis doctiſq; hoc ē tui ſimilibus Paule Corneli placeā:flocifacere cōſueui.Tu nāq; illa
es & modeſtia & doctrina:ut q̄ bn̄ ſcribunt:ingenue cōmēdes.Quæ uero feſtinatōe librariorūue icuria peccāt:
illa benigne excuſes.Qui.n.pleriſq; in locis nō ſentit librarios eſſe hallucinatos:is nō minus indignus eſt qui
nr̄is lucubratōibus inuetur:q̄ qui pueriles illos errores malignitate quorūdam inuidoꝝ in prima editione ad
miſſos in me putat eſſe regerendos. Quamobrem ēt ſi iſtiuſmodi librarioꝝ errata non corrigantur:nihilomi
nus tamen & tuo & tui ſimilium perq̄ acri ſynceroq; iudicio me aduerſus iſtos obtrectatores tutū eſſe cognoſco
Vale Eximium Corneliæ gentis ornamentum.

LIVRARIA DA UNIVERSIDADE

Ad lectorem.

Siquid fo rte litteraꝝ immutatione. tranſpoſitione. inuerſione
appoſitione. omiſſione aliaue deprauatione offēderis ſtu
dioſe lector id correctionis difficultati aſcribas ro/
gat Simon Ticinēſis cognomēto bibilaqua:
cuius īduſtria Raphael Regius in hoc
opere deſcribēdo uſus eſt Ve/
netiis Principe felicis.
Auguſtino Bar
badico. octa/
uo idus iulii
Mcccc.
xcvii.

LIVRARIA DA UNIVERSIDADE

REGISTRVM

A a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u

Omnes ſunt quaderni præter A quod eſt ternus & u quod eſt quinternus.



Dixit dominus domino meo sede a dextris
por mi

Dixit





Gaspar Ramirez

OVIDIO

METAMORPHOSIS CUM RAPHAELIS REGII ENARRATIONIBUS

Sala R
Gab.
Est. 46
Tab.
N.º 6